intra quod intra una linea non explicat omnes perfectiones illius lineæ intelligivæ Cuius potentia logica ad perfectiones quas non explicat, ut patet in Calore, si enim non exprimit omnes gradus Caloris est in potentia logica ad Calorem, sed in linea intelligibilitatis quod solum explicat radice non exprimit alias perfectiones lineæ intelligibilitatis: Cuius est in potentia logica ad alias. Sicut ergo si non explicat et non implicat Conc. si implicet licet non explicet neg. per hoc patet ad exemplum, nam Calor non exprimit omnes gradus Caloris Cuius sit quod potentiale phisice in ordine ad tales gradus, quos neque implicat neque explicat est phisice perfectioribus per illos hoc vero in natura Divina non contingit, siquidem licet non explicet includit omnes perfectiones Divinas.

Obiicitur 3.

non implicat Iuxta Theologorum Sententiam in Materia de Trinitate quod eadem Virtualitas Realis Patris Constituit Secundum quod forma hypostatica est, et deinde Secundum quod est Relatio Sequatur ad actionem oritur ab ipso patre Constituto: Cuius non repugnat quod ipsummet intelligere Deum, et forma Subsistens est, Deum Constituit essentialiter, et deinde ut actus est ab ipso Deo Expedietur.

R. 2.



Respondes Concasso Ant. ned<sup>o</sup> Conseq<sup>m</sup> nos non implicat quod una simplicissima forma duos effectus habeat differentes, p<sup>er</sup> se primariu<sup>m</sup> et secundariu<sup>m</sup>, et sic si ad prestandu<sup>m</sup> secundariu<sup>m</sup> requiratur aliqua actio intermedia, ut patet in gratia quae primario seminat culpam, et quasi secundario seminat offensam, licet hoc fiat mediante actione satisfactoria: et sic non repugnet quod ipsamet Relatio ut forma hypostatica constituat primario Patrem, et media generatione per illam Pater referatur ad filiu<sup>m</sup>. in genere tunc Cause efficientis requiritur intellectus quod una Virtualitas primario constituat, et de inde ab ipsamet ut constituta oritur, sive efficientia formati, sive Virtuali, et ratio est: quia requirit eadem Virtualitas esse a se, tanquam facti catur a radice, hoc enim dividit essentialiter naturam ab attributis, et sic requirit convenire idem Virtualitati, in exemplo Relationis hoc non sequitur, sed tantum quod ordine quodam attribuat effectus formales distinctos primariu<sup>m</sup> et secundariu<sup>m</sup> quod non implicat.

Ad instas Relatio ut Relatio sequitur ad generationem quae activa est a Patre: Ergo et Relatio Paternitatis active dicitur Patre, et sic idem versatur in consequens. Conseq<sup>m</sup> patet nos quod est Causa activa fundamenti ad quod sequitur Relatio est Causa Relationis. Resp<sup>o</sup> Paternitas et ut Relatio sequitur ad fundamentum quod est generatio, non sequitur Causa ad effectum, sed sola sequitur Explicationis effectus formati qui ante generationem non intelligebatur, et ea posita intelligitur, Relatio autem dicitur ab efficiente fundamentum quando non presupponitur existens ad fundamentum, quando vero presupponitur et non explicatur ut Relatio tunc Efficiens fundamentum efficit ut Relatio se explicet ad modum facti, non tamen illud efficit, alius daverimus dicens Paternitatem esse factam a Patre, et sic Relatio distinguitur ab illo quod hereticus est.



UTRUM NATURA DIVINA PER PRIMAM  
RADICEM INTELIGENDI CONSTITUA  
TUR?

Nomine primae Radicis intellectivae intelligimus gradum intellectivum  
per



67  
perfectur et Compleatur quo Deus radicat intellectum qua primo et  
per se intelligit se ipsum: hoc Supposito: nra Conclusio est, Essentia  
Dei prout per nomen essentiae significatur Constituitur per sumam  
immaterialitatem Compleatur seu per rationem substantiae per se pure spi-  
ritualis: sub ratione autem naturae Constituitur per radices intellectus  
Comprehensivae sui ipsius

Pro<sup>o</sup>, prima pars Conclusionis Ratio Substantiae  
per se sume immaterialis est prima radix omnium Divinarum Attribu-  
torum, et prout sic non explicatur in ordine ad operationes, sed tan-  
tum in ordine ad existentiam: Ergo in illa debet poni Conceptus si fieri  
talis Dei prout nomen essentiae significatur. Ant<sup>o</sup> pro<sup>o</sup> ex S. Tho-  
ma quest. 14. art. 1. ubi probat ex Conceptu Sumae immaterialitatis  
Convenire Deo Scientiam prout nomen scientiae intelligimus vim pro-  
xime Cognoscitivam, quae quidem est primum Attributum Divinum, sed  
quod radicat unum Attributum omnes radicat, non omnia raducuntur  
ad unum primum radice: Ergo Ratio Sumae substantiae immaterialis est  
prima radix omnium Divinarum Attributorum.

Secunda pars Conclu-  
sionis pro<sup>o</sup> natura Divina optime explicatur per radices primi At-  
tributi: sed primum Attributum est intellectus a quo oritur proxime in-  
tellectio qua Deus comprehendit se: Ergo sub Conceptu naturae bene expli-  
catur per radices intellectus Comprehensivae Dei, ex quo inferat quo de  
Essentia Dei respectu eorum quae expectant ad Lineam essendi pro ut hic  
Dividitur seu Contraponitur Linea operandi non habet propriam ratio-  
nem naturae Cur dantur Consequatur ad substantiam Sumae immaterialis,  
et prout explicat habitudines ad esse, non vero ad operationes: unde Li-  
cet Essentia sub Conceptu naturae non sit radix Attributorum expectan-  
tium ad Lineam essendi, hoc tamen non obstanti non valet inferri quod  
non bene explicetur natura quia debet explicari per radices omnium  
Attributorum, hoc enim est falsum, nam sub Conceptu naturae debet explicari  
in ordine ad Attributa ad Lineam operationis expectantia, seu quae  
vere operativa sūt.

¶ Nunc licet explicare Authenticam S. Thomae  
alatur pro obiectione prima S. Iniqua intentio S. Thomae ubi  
Solutio est probare Consistentiam Verbi Cur Latet ad quod dicitur  
hoc Discursu Verbum procedit in eadem natura Existens Cur Latet,  
quia in Deo id est esse et intelligi: sed Verbo Communicatur intelli-



et. Cuius Communicatus esse. ex hoc autem non infertur D. Thomas inten-  
dise probare Verbum esse filium, nam ad hoc assumptus virtus D. Thomas  
alio modo nempe ratione similitudinis, et intentionalis quae natura-  
lis quae ad rationem filii sequuntur.



## UTRUM RATIO ESSENTIAE ET NATU- RE VIRTUALITER IN DEO DIS- TINGUATUR?

Conclusio est negativa et probatur quae in Creaturis non differunt Virtualiter, neque in Deo, sed Ratio essentiae et naturae non differunt Virtualiter in Creaturis. Cuius neque in Deo. maxima est Certitudo, nam quae in Creaturis disperse inveniuntur, in Deo adunata continentur: unde quomodo contingat quod non distinguantur in Deo, quae in Creaturis distinguuntur e contrario fumen evenire non potest. Minor probatur ultima differentia hominis quae est Rationalitas non solum dicitur rationem esse. Sed etiam naturae, nam non potest intelligi nisi cum habitudine habitus actionis Rationalitatis: et aliam autem non essentialis requirit intelligi nisi cum habitudine ad existentiam: Cuius ipsa Virtualitas essentiae continet rationem Naturae, atque adeo in Creaturis non distinguuntur, quod si dicas naturae et essentiae habent specificativa distincta nempe esse, et operari: Contra nos non specificatur a operatione naturae, sed ab existentia quae proxime respicit.

Ad quae t. in anima  
Rationali Conceptus habitus operationum distinguuntur Virtualiter a



Conceptu essentia; Ex eia in Deo. Antecedens probatur, nam Aristoteles lib. 2. de anima ea dicitur per ordinem ad operationem. hoc modo: anima est qua vivimus & in ordine ad materiam sic: est actus Compositus. prima est definitio anime in ratione naturae. Secunda in ratione Essentia; Sed quae differunt in definitione differunt adequata: Ex d. Distinguo minores. quae differunt in definitione adequata Concedo. inadequata nego: itaque Definitiones illae non sunt adequatae districte eo quod una datur secundum ordinem ad materiam, alia secundum Connectionem radicaliter operationum quorum utrumque essentialiter anime Competit, et sic tales Definitiones non sunt adequatae, sed inadequatae: ex quo solus inferatur datus inter huiusmodi principia distinctionem Virtualiter inadequata quae non negamus.

Adfertur de ea d. Thomas 1 parte quest. 89 art. 2. ad 3. aliqua dici possunt Eiusdem naturae, non tamen eiusdem essentia; sicut omnia Calefacientia: et idem modis inquit d. Thomas exprimitur natura Divina per hoc quod dicitur quod tres personae sunt unius essentia; quod si diceretur quod sint unius naturae: Ex natura et essentia Virtualiter adequatae distinguuntur: patet Consequentia; si tantum inadequatae, non posset Salvari quod aliqua essent Eiusdem naturae, et non Eiusdem essentia; sicut quia Conceptus in, et Conceptus ad, in relatione tantum Virtualiter inadequatae distinguuntur, et non potest Salvari quod aliqua conveniant in Conceptu in, et non in Conceptu ad.

Respondet Concessa Ratione: negando Consequentiam: ad probationem dico Verum est, non possit Salvari absque distinctione Virtuali adequata convenientiam propriam in ratione naturae, et non in ratione essentia; falsum est autem quod si non conveniant proprie et in ratione naturae sequeretur distinctio Virtualis adequata, et quod de hoc loquitur d. Thomas: patet in exemplo aducto, nam duo Calefacientia non alio modo conveniant nisi quatenus Correspondet illis effectus eiusdem speciei, et solus est convenientia impropria et determinativa. Nota quod duo Calefacientia non dicuntur unius naturae; quia tantum habent unam naturam, hoc enim implicatorius est, sicut quod duo naturae conveniant in eadem actione, nam in Xpo probant Theologi distinctionem actionis ex distinctione



tionem naturam: un testat quod vivere nature Solus Conveniant in eodem effectu que Conventientia impropria est.

Obiit 3 ex D. Thoma ques.

29. art 1 ubi dicitur quod in definitione personae debet poni natura, non essentia, quia natura dicitur gradus magis determinatus quam essentia. Respondet non loquitur D. Thomas de natura pro ut explicat respectu ad operationem, sed pro ut dicit differentias specificas, neque loquitur de essentia secundum quod dicitur quidditates ab hominibus sed que primo intellectiva in potentia ad existendum. Sed loquitur de essentia pro ut significat ens quomodo virtualiter distinguitur a natura: nos autem loquimur de essentia pro ut dicit respectu ad existentiam, et de natura pro ut radicali principio proxima operativa, et sic dicimus. Solus virtualiter quidditates habere quod sit essentia et natura.

Ad quod 3 ex alia Auctoritate D. Thomae quest. 13 art 1 ubi probat Deum esse intellectivum, quia est immaterialis; ergo cum si immaterialis explicet quidditates, et si intellectivus habeat intellectum, necesse erit illa duo distinguere in Deo virtualiter, aliter unum ex alio non demonstratur. Respondet quod D. Thomas probat a priori Deum esse intellectivum ex immaterialitate, non intellectivum radicaliter, sed proximum: et hoc dicendum est quando D. Thomas dicit quod immaterialitas alius scilicet, est ratio quod sit Cognoscitiva nomine Cognoscitivi non intelligit principium radicale sed proximum.

Ubi aliter objectionem omittat. Nota quod intelligere radicaliter distinguitur virtualiter ab immaterialitate summa, non vero intellectivum proximum, ratio: quia intelligere non est deinceps entis, intellectivum vero est de genere entis, et conicitur cum existentia: nec cum sit principium effectivum vera experientia humana intellectivum, et unumquodque operativum in quantum est in actu necessario sequitur existentiam: intelligibile vero cum non sit de genere entis formaliter non sequitur existentiam, licet ex parte subtracti id est ex parte scilicet que intelligitur aut cognoscitur existentiam sequatur.

DES.





## DE ATRIBUTIS IN COMMUNI



### QUID ET QUOTUPLEX SIT ATRIBUTUM DIVINUM

*A*tributum ex Damasceno sic se habet. *Aspiritua ratio seu quedam forma absoluta in specie Athoma. Constituta formaliter et necessario existens quae ex modo nostro Concipiendi ad Essentiam Divinam per modum passionis, et proprietatis ipsius Consequitur. per esse formam absolutam differt Atributum a Relationibus Divinis; per esse in specie Athoma a Relationibus inadequate Atributorum quae proprie Atributa non sunt. per se formaliter existens in Deo a perfectionibus secundum quod Creaturatur quae sunt in Deo eminentes sunt; per se necessario existens ab actibus Libens; et Demum quod Consequatur.*



tur ad Divinas Essentias per modum proprietatis et passionis Constat  
ex dictis.

**Sic Conclusio:** Divina Attributa Sicut Eminenter Virtualiter  
plura: pro<sup>o</sup> nam Sapientia dicitur: Spiritus Domini Sapientia dicitur  
una, et multae, unicus propter Summam eius Simpliciter, Mul-  
tiplex ob Virtualiter distinctiones eorum que in Attributa inveniuntur: ut  
dicit S. Thomas quest. 102. ratione. Sic: quoniam Attributa Divina non  
sunt actu plures, neq. plures rationes formales, Sed unica et Simplicis-  
sima ratio, hoc tamen prestat quod prestarent plures si essent actu dis-  
tincte, ad modum quo Virtus Solis quavis non sit formaliter Calor  
prestat omnia que ipse prestat si adesset: Ergo Sicut Virtus Solis Emi-  
nenter Calor est. vel Calorem habere dicitur: ita Divina Attributa Vir-  
tualiter plura et distincta dicuntur.

**Hoc** ex Supposito habita hinc  
pendende sunt Variæ Divinorum Attributorum partitiones: Attributa que-  
dam sunt positiva ut Deus esse infinitus, bonus, iustus, Sapienter; que-  
dam negativa, ut esse incorporeus, immutabilis & item alia sunt abso-  
luta que nullus respectus importat ad Creaturas, ut esse Simplicis-  
simus, unus, perfectissimus: quedam respectiva que sine ordine ad crea-  
turas intelligi nequeunt, ut omnipotentia, providentia, iustitia, mise-  
ricordia præterea quedam sunt que pertinent ad Subsantiam et esse dei,  
ut Simplicitas, perfectio, bonitas, infinitas et alia: quedam vero ad ope-  
rationem expectant, ut intellectus, voluntas, Omnipotentia, &c.



**AN ATTRIBUTA DIVINATA M INTER SE  
QUAM AB ESSENTIA EX NATURA  
REI DISTINGUANTUR?**

Sapino & Sanguis Centus de fide quod Attributa Divina neque inter se  
neque ab essentia Divina distinguuntur scilicet: selectis Auctoritatibus

pro<sup>o</sup>.



pro<sup>o</sup> ratione: Deus est ens a se essentialiter: ex se et continere omnes perfectiones simpliciter simpliciter per sua essentia: Sed omnia attributa absolute important in Deo perfectiones simpliciter simpliciter: Ex se per sua essentia continent omnia attributa, atque adeo ab ipsis non distinguuntur realiter.

Suppono 2. distinctiones actuales ex natura rei provenire Consideratione intellectus: Sed non esse reales absolute, prove invenitur inter duas res diversas, Sed esse formales ex natura rei sive versari inter rationes formales natura sua distinctas, in quo sensu Scotus interpretatur hinc fideles dicitur, itaque talis distinctio vocatur metria, quia versatur inter distinctiones reales et rationis. his et aliis ex philosophia supponendis inter eam distinctionem Divina attributa et essentia, nec non et inter relationes ponunt Scotiste quos impugnavimus primo omnibus illis rationibus quibus in Logica fuit distinctio Confutabimus quas habitatur causa omittimus.

Impugnamus eam Secundo Argumento Theologico nam sicut P. P. Ecclesie: Deus non solum est bonus sed ipsa bonitas, non solum sapiens, sed ipsa sapientia, ac demum omnia sua attributa non solum predicari in concreto sed etiam in abstracto, Circa hoc unicus Allegabo Testimonium S. Augustini Libri de Civitate Dei Cap. 10. Unitas unus est Deus, solus, bonus, magnus, et eternus, omnipotens ipse sibi unitas, veritas, magnitudo, bonitas, omnipotentia: Sed si veritas ex natura rei distingueretur ab attributo hoc non potest dici: Ex d. Min<sup>o</sup>. Constat nam sicut in sententia essentialium relatione ex natura rei distingui a fundamento ite propositiones sunt false albedo est similitudo, generatio est lateranitas ita ite propositiones esset false quam absolute, et in sensu proprio potest predicari de Divina essentia: Deus est unitas, Deus est bonitas: Ex tali distinctio non datur d.

Denique et principaliter nam sequeretur ex contraria sententia Deum esse impotentia reali et formali ad omnia sua attributa, Consequens est falsum et contra Summum Deum actualitatem (nam ut constat ex Concilio Lateranense Cap. 2 Lateranense Constitutus ex essentia et lateranitate, est Summe unus et omnino simplex) ex se Deus intelligens ut Constitutus ex essentia et intellectione (idem de aliis attributis) est Summe unus et omnino simplex: Ex attributa Divina non distinguuntur neque inter se, neque ab essentia ex natura rei: pro<sup>o</sup> Conseq<sup>o</sup>. Si distinguerentur ab essentia realiter entitative,



essentia esse in potentia reali Entitativa ad illas: ergo si ab illis distinguatur scilicet formaliter, erit formaliter scilicet distincta ab illa.

Respondetur

negando sequela nam eo ipso quod essentia scilicet Entitativa identifice-  
tur cum Attributa est ens per essentiam, actus purus, et infinita simpli-  
citer, et sic repugnat esse aliquid in potentia reali, licet admittatur  
distinctio ex natura rei: Sed Contra, ex hoc Solus Sequitur quod non  
sit in potentia reali Entitativa ad Attributa, non vero quod non sit  
in potentia reali formali si ab illis ex natura rei distinguatur quod  
si Concedant habemus intentum.



## ARGUMENTA SCOTISTARUM RESOL- VUNTUR.

Argumenta & illa differunt ex natura rei que differunt definitione, nam  
definitio explicat naturam rei; Sed Attributa inter se et Comparata cum  
essentia differunt definitione: Ergo & Confirmatur quod Convenit in-  
tellectui et Voluntati ut sic necessario Convenit intellectui et Volun-  
tati Divini; intellectui et Voluntati ut sic Convenit distinctio Essen-  
tialis: Ergo &.

**III** Hoc argumentum vel nimis vel nihil probat nam que di-  
ferunt definitione et essentia, in Entitate differunt: Ergo distinctio erit  
realis Entitativa quod Scotiste negant Catholici negant: unde dis-  
tingo maius que differunt definitione adequata Cere. in adequata neg-  
taque intellectus et Voluntas Divina dupliciter defini potest vel  
adequate pro ut sunt qualitates a Deo, vel ad Summum a Beatis defi-  
niri possunt, vel inadequate pro ut a nobis Viatoribus imperfecte  
Cognoscuntur: et hoc modo diversis definitionibus definiuntur non  
pro ut sunt in se, sed ratione nra, neque obstat quod ut definitio sit  
bona deest Constante essentia rei, nam Solus Sequitur quod si adequat



pro ut a Definiente Concipitur, non vero pro ut est in se, quando  
definitio est inadequata, ad Confir<sup>m</sup>. dist<sup>n</sup>. min<sup>m</sup>. dist<sup>n</sup>io essentia-  
lis realu neq. realu vel rationis Conc<sup>do</sup>.

Argumenta 2. ea de quibus ve-  
rificatur predicata Contradictoria distinguuntur in 2. Cui idem de-  
codet non possit affirmari et negari, ea verificatur de intellectu et Vo-  
luntate Divina, de intellectu quod sit principiu in quo generatur  
de Voluntate quod non sit, de essentia quod comunicetur filio, de fi-  
lio quod non comunicetur. Eaq. d. hoc fundamentu fuit Liberti ad cre-  
rendam distinctione Entitativam inter essentia Divina et Relationes,  
que Sententia ut pote heretica damnata est in pluribus Conciliis sed his  
omissis ne Contumelia videatur nos respondere dicimus, quod ad hoc  
ut verificetur predicata Contradictoria. Sufficit quod detur distinctio ra-  
tionis inter essentia et attributa, ut est expressa Doctrina S. Thomae in 1.  
dist<sup>n</sup>. 2. quest. 1. art. 3. ad 6. et art. 4. ad 2. et art. 5. ad 3.

Sed inest in il-  
lo Signo in quo verificatur de aliquo predicata Contradictoria de-  
bet esse distinctio, sed precisa quacumque Consideratione intellectiva de in-  
tellectu et Voluntate Divina verificatur predicata Contradictoria. Eaq.  
d. : Resp. quod hoc argumentu Solus probat dari distinctioe natura-  
ler Sumptor pro fundamentali rationis quod Concedimus: Licet enim dis-  
tinctio rationis fiat ab intellectu, fundamentu tamen eius non in-  
sideratione precedat, et hoc Sufficit ut Contradictoria verificentur, in-  
de potest negari de Voluntate, quod de intellectu affirmatur ante  
operatione intellectus.

Sed videtur intellectus Divinus se ipso Com-  
prendens Cognoscit Verbu Divinu procedere per intellectus, et spiri-  
tu Sanctu non per intellectus, sed per Voluntate. Eaq. de intellectu et  
Voluntate Divina a ipso Deo Cognitis verificatur predicata Contra-  
dictoria, et tamen pro ut Obstantur intellectui Divino non distingun-  
tur ratione neq. fundamentaliter. Eaq. d. dist<sup>n</sup>. min<sup>m</sup>. pro ut Obstantur  
non distinguntur ratione exercata, et Effectiva, hoc est quod intellectus  
Divinus non faciat talis distinctione Conc. Signate et Objective  
id est quod talis distinctio sit factibilis ab intellectu Creato neq.

Sed ins-  
tabis repugnante intellectui Creato aduq. Verbu procedit per intellec-  
tus, et non per Voluntate, nam processio Verbi non dependat a posi-  
bi-



bilitate intellectus Creati, repugnante intellectu Creato non esset distinctio rationis factibilis ab illo, neque fundamentum falsi distinctio-  
nis ex Veritate illorum Contradictoriorum ab illa non dependet. neq; maius  
repugnante intellectu Creato potente distinguere inter intellectum et Vo-  
luntatem Divinam, repugnare pluralitas nominum, quae Supponit distinctio-  
nem Conceptuum, et Sic repugnaret intellectus et Voluntas Divina,  
ut diversimodi nominabilis et Conceptibilis, ex quo etiam repugnaret  
Verificatio Contradictoriarum. Ad probationem hinc processione Ver-  
bi non dependere a possibilitate intellectus dependentia proprie dicta,  
dependere tamen dependentia non stricta et posteriori Consistente  
in Conexione Metaphysica quae a Thomistis admittitur.



## DISTINCTIO VIRTUALIS INTRINSI- CA EXCLUDITUR ET AD OBIEC- TIONES RESPONDETUR.

Exclusa distinctio formali ex natura rei, excludenda venit dis-  
tinctio Virtualis intrinseca quae ponunt PP Jesuitae inter essentialia,  
et Relationes: alii inter Attributa de quibus verificantur predica-  
ta Contradictoria: Contra ipsos exq;.

Sic nra Conclusio est Comu-  
ni Sententia Thomistarum: non est Constituenda in Deo distinctio Vir-  
tualis intrinseca Realiter Existens ante operationes intellectus, dis-  
tincta a distinctio-  
ne fundamentali rationis: pro<sup>o</sup> ad hoc admittitur  
falsi distinctio in Deo, ut de intellectu et Voluntate Divina pro ut  
in se existunt negetur Realiter aliquod predicatum Reale de intelle-  
tu



tu quod affirmetur Realiter de Voluntate, et Contra, scilicet Realiter intellectus est principium generationis et non processionis, Realiter autem Voluntas est principium processionis et non generationis: Sed hoc implicat salva identitate reali et formali inter intellectum et Voluntatem quae predictae Admittunt: Ex quo falsitas distinctio de minori quae sola difficilis est pro, quia intellectus et Voluntas Realiter formaliter identificantur, haec propositio intellectus pro ut aperte se existens non est Realiter Voluntas Verificari non potest: Sed omne predicatum quod de intellectu verificatur Realiter est idem cum Voluntate: Ex quo non potest negari de Voluntate, vel Contra si posset negari de Voluntate ut Constituta in suo esse poterit etiam negari de intellectu cum Realiter identificentur.

Dices filiatio Realiter negatur de Latere, et non de Essentia, et tamen Essentia et Latentitas sunt Realiter idem: Ex quo intellectus et Voluntas sunt Realiter idem &c. Resp. filiatione distincta quae a Latentitate sumpta formaliter, ut hoc nomine Latentitas significatur, et ut sub stat diverso Conceptu quod nos illa ab essentia distincturimus, non autem negatur de Latentitate filiatio sumpta pro ut se adequatè aliis haec esset Vera Realitas: quae est Latentitas non est filiatio: Ex quo Sequeretur quod essentia non est filiatio: unde Solus Sequitur ex instantia quod Voluntas ut hoc nomine significatur, distinguatur ab intellectu (ad verum non esse distinctionem Realem inter intellectum et Voluntatem Divinam, haec enim in Deo implicatorum est) negatur de illa esse principium Verbi, quod libenter fatemur, non de illa Realiter sumpta, sed de illa ut infra dicemus.

Sequitur & quod Voluntas possit fundare Distinctionem rationis ab intellectu Divino Convenit Voluntati pro ut est in se; Ex Voluntate Divina pro ut est in se Conveniunt predicata Contradictoria, cum illa Conveniant ratione distinctionis fundamentalis: Sicut. Conseq. Voluntati Divinae pro ut est in se adequatè neg. inadequate inadaptatione rationis fundamentalis Conc. Ad Contrarium intendunt Verificari de intellectu et Voluntate Divina propositiones Contradictoriae Secundum quod sunt in se, praecisa distinctione rationis et illius fundamenti. nos in ipso fundamento propositiones Contradictorias Componimus: unde Licet Verificentur



de intellectu et Voluntate Divina ut sunt in se, non tamen sine distinctione rationis vel in ordine ad illa.

Dices ratione distinctionis rationis non potest intellectus negari de Voluntate: Ex neg. ratione talis distinctionis potest affirmari quod intellectus sit principium generationis et non Voluntas: Facet Conseq. quia isto modo arguebamus contra adversarios: diximus enim quod si Voluntas et intellectus sunt realiter formaliter idem, omne predicatum quod de intellectu verificatur debet verificari de Voluntate: Sed iuxta nos etiam si intellectus et Voluntas sint realiter formaliter idem, non omne predicatum quod verificatur de intellectu debet verificari de Voluntate, et hoc ratione distinctionis rationis: Ex potiori iuxta ratione distinctionis virtualis.

Resp. Con. An.

neg. Conseq. ad probationem Con. An. neg. Conseq. nat. Contra idem ideo ad sunt distinctiones virtualiter intrinsecae, ut de intellectu et Voluntate pro ut in se existunt, omni alio secluso relictis predicatis de Voluntate, quod de intellectu affirmatur: ad hoc quod probavimus requiri distinctionem realem inter predicatum et Subiectum, cum autem haec distinctio realis inter intellectum et Voluntatem non datur, non potest intellectus realiter sumptus negari de Voluntate: ita Similiterea quia inter principium quo Verbi, et Voluntas non datur distinctio realis, non potest esse quod principium Verbi de Voluntate relictis, vel sedat disparitate.

Explicatur quia unus attributus non potest negari de alio, si ergo propositio est falsa: Iustitia non est Misericordia: hoc non obstantia definitione unius attributi vere negatur de alio, et illius definitione, ita ut haec sit Vera: id quod Deus punit non est quod miseratur: et haec falsa: Iustitia est id quod Deus miseratur: ratio est, quia in affirmatione unius attributi de alio fit sensus identitatis, et sic in illius negatione negatur de illis identitatis: in affirmatione vero definitionis unius attributi de alio fit sensus reduplicativus et omnino formalis: unde in illius negatione non negatur identitatis realis formalis sed solum rationis.





## DISTINTIO RATIONIS RATIOCINATE IN DEO ADSTRUITUR.

Conclusio qua scilicet expressè fecit Communis est inter Thomistas Contra Nominales et alios pro. primo, Nomina Attributorum Divinorum non sunt Sinonima sicut Marcus, Julius, Cicero, et Licet eadem perfectiones significant essentialiter, et formaliter, non tamen illas explicent sub eadem omnino ratione, et consequenter Conceptibus his Correspondent in Deo Diversæ rationes obiectivæ, huiusmodi diversitas non sumitur aequaliter ex nro intellectu, sed fundatur in Eminentia perfectionis Divinæ comparata cum deficientia nri intellectus non valentis illas unico Conceptu attingere, Concipere, et nominare: eaq. talis distinctio est distinctio rationis ratiocinatæ.

Secundo pro. ratio distinctur ab essentia rationis rationate: eaq. et Attributa: patet Conseq. si enim prima distinctio fundatur absq. ulla imperfectione in Deo, cur non Secunda. Int. pro. De essentia et Relationibus verificantibus propositiones Contradictorie, scilicet: Essentia Communicatur filio, Latetatus non Communicatur filio. propositiones Contradictorias non possunt verificari absque aliqua distinctioe, nisi distinctioe rationis rationate: eaq. d.

Adquiritur t. ab Autoritate essentia Divina neq. ratione distinctur a Personis, ut Latet ex Concilio Remensi sub Eugenio 3. Celebrato: ubi Pontifex decrevit Contra Libertatem, ne aliqua ratione inter naturam et Personam divideret: eaq. cum id sit dicendum de essentia et de Attributis, ac de essentia et personis sequeretur d. Resp. Pontifici loqui iuxta mentem Libertatis distinguentis naturam a personis, non solum Mathematica ratione que solum abstractionis et Considerationis est, sed Consideratione et abstractione Theologica que omnes Considerationes intellectus Antecedit hec enim omnis heresis Libertatis ut passim ab A. A. defenditur.

Adquiritur



Arguitur 1<sup>a</sup> a ratione non minus unus Attributus est idem cum  
 essentia quam essentia sit; ipse intellectus nullus habet fundamentum  
 in essentia ut distinguat eam a semetipsa: Ergo d. mai<sup>r</sup> patet nam  
 identitas inter essentiam et Attributa est Summa. Sic. mai<sup>m</sup> scilicet  
 Con. Ratione neg. nomine essentiae significatur explicita una  
 formalitas partialis Dei, et per rationes distinetur ab aliis: unde una  
 est se, et ratione: formalitas vero realis, quae est essentia et Attributa,  
 et si una sit in se, per intellectus est dividibilis in diversas formalitates,  
 unde bene stat quod conflatur sit unus vere et realiter, non  
 solum Ratione.

Arguitur 2<sup>a</sup> si essentia distingueretur virtualiter  
 a Sapientia. 1<sup>o</sup>. Sequeretur essentiam distingui virtualiter a se ip-  
 sa, quod pro<sup>r</sup>. Sapientia est essentia Summa: Sed Sapientia distingui-  
 tur virtualiter ab essentia: Ergo et ab ipsa. neg. Sequetur, ad pro<sup>r</sup>.  
 dico non esse verum mai<sup>m</sup> nisi in sensu identico, non vero formali:  
 nisi, vero est vera in sensu formali, et Variatio appellatio de iden-  
 tico ad formalem: unde non valet Consequentia, unde neg. ista, Sapi-  
 entia est Attributus essentiae; Sed Sapientia est essentia; Ergo est At-  
 butus essentiae. Ratione omittimus.

Ad arguitur 3<sup>a</sup>, ex Averro<sup>e</sup> si daretur  
 fundamentum in eminentia perfectionis Summae comparata cum  
 deficientia nisi intellectus ad distinguere rationis, inter Attributa et  
 essentiam, in quolibet Attributo respectu sui ipsius daretur huiusmodi  
 fundamentum, et sic intellectus posset Concipere in Deo plures Sapien-  
 tias ratione distinctas, cum Sapientia sit infinita, Eminentis, et infinite  
 perfecta. = Resp. Sapientia Summa pro ut obicitur intellectui non  
 potest esse infinita partialiter in linea formali: Sicut in linea es-  
 sendi, ideoque non prebet fundamentum, ut a nobis plures Sapien-  
 tia distinguantur: Deus vero plures perfectiones in se continet in-  
 finitas in omni linea, et per se ad diversas lineas expectantes,  
 ideoque prebet fundamentum, ut a nobis Concipiatur uno Conceptu  
 ut infinita Sapientia, et aliud infinita Misericordia, et sic de reliquis.

Arguitur  
 ultimo implicat in Deo Compositio rationis; Ergo et distinctio rationis:  
 Sic. Ant. Compositio rationis ex Conceptibus non se mutuo includit  
 tribus, quae est simpliciter Compositio Con. Ant. ex Conceptibus mu-



tuo se implicite includentibus, et non se mutuo explicantibus  
 que est Compositio Secundus quod in Linea Compositionis rationis  
 neq. Ant. et Conseq.<sup>m</sup>

Sed instabit implicat Concipi in Deo cu fun-  
 damento in se potentialitas; Cui et Distinctio rationis. Cui fundamen-  
 to in se patet Conseq. non minus opponitur Deo potentialitas quat  
 distinctio, nat sicut potentialitas opponitur actui puro, ita Distinctio  
 Summe unitati. Distinctio Ant. potentialitas secundus quod sepu-  
 nat Deo scilicet peres Explicitus neq. Ant. potentialitas Simpliciter  
 Conc. Ant. nat sicut Compositio rationis Secundus quod na  
 sepu nat Summe Simplicitati, ita potentialitas Secundus quod no  
 sepu nat Actui puro, ac per conseq. distinctio rationis actui pu-  
 ro, hec potentialitas que dialectica appellatur Consistens in me-  
 ra non Explicatione unius perfectionis Divine in alia quat opti-  
 me Componitur in Deo.



## RELIQUA ARGUMENTA SOL- VUNTUR.

¶ Requiritur v. si Attributa distinguuntur ratione ratiocinata inter  
 se, et ab essentia. Sequeretur quod essentia per rationem in Equali per-  
 fectione. Consequens est falsum. Ergo d. mai. pro. intellectus scilicet dis-  
 tinctus a Voluntate, scilicet est perfectior Voluntate. Ergo distinctus per  
 rationem, est per rationem perfectior, falsitas Consequens pro. quodlibet  
 Attributum est ens per essentiam, et infinitum; Sed in infinito Simpliciter  
 non est dabile maius. Ergo unum Attributum maius alio non est. Secundo  
 alia essentia ut Volens est perfectior entitative essentia Secundus se.

Comi



Consequens est falsum alias esset infinite perfectus, non esset. Ultimo ut de-  
 tur inaequalitas inter deo in perfectione deo et uno Carete perfectione  
 ne Abecius: Sed uno Attributo non Caret perfectione alterius, siquid-  
 de illis includit: Cap. 8.

Resp. ad Anjum<sup>m</sup> Conc. Sequela, ad pro-  
 portionem in Contrario dico quod Attributa virtualiter inter se distant,  
 sunt infinita, quodlibet in propria linea, et sic identice quodlibet  
 est infinitum simpliciter: ex quo tantum sequitur scilicet non posse ex-  
 cedi, non vero quod virtualiter, sive fundamentaliter, et per ratio-  
 nes excedantur: Essentia namque secundum conceptum essentiae, non est  
 explicita infinita simpliciter, sed tantum in propria linea formalis,  
 et in aliis formaliter, cum infinitate non obstat excedi a se ipsa  
 ut Volente, nam non solum dicitur essentia, sed essentia et Volun-  
 tate; et est responsio ad Secundum. ad ultimum Dist<sup>m</sup> min<sup>m</sup> non ca-  
 ret explicita neq<sup>m</sup> min<sup>m</sup> implicita Conc. min<sup>m</sup> et quando J. August.  
 asserit quod personae Divinae sunt Equales est intelligendus de Equi-  
 tate Reali personarum quae docet fides: ex quo tantum sequitur quod  
 Attributa sint equalia inter se scilicet quod faciemus, non vero  
 per rationes et secundum explicitum.


Quaerit An Attributa tot in-  
 ter se quae ab essentia distinguantur? non solum penes explicitum,  
 sed etiam penes implicitum, quod idem est ac inquirere: Utus de-  
 tur distinctio obiectiva facta inter essentiam et Attributa quae Attribu-  
 ta inter se? Resp. negativae et pro<sup>o</sup>, si essentia distinguatur ab  
 Attributis obiective, esset in potentia Logica ad illa; hoc non potest  
 esse, nam alias sequeretur quod non esset infinite perfectus, siquid-  
 de non includeret perfectiones Attributorum: Cap. 8. Sequela pro<sup>o</sup> nam  
 quod est in potentia Logica ad aliquid est genus respectu illius,  
 genus non includit perfectiones differentiarum: Cap. 8. quod si di-  
 cas quando unus sequitur ex alio non includitur in illo,  
 Attributa sequuntur ad Essentiam: Cap. 8. Distin<sup>o</sup>. si se-  
 quuntur Sequela Reali formali vel Logica Conc.  
 si virtualiter tantum et Dialectica neq<sup>m</sup> At-  
 tributa solum sequuntur ad Essentiam vir-  
 tualiter et penes explicitum.







## DE ATRIBUTIS DIVINIS IN PARTICULARI



### DE SIMPLICITATE DEI

Recte docet S. Dionysius Lib. de Mystica Theologia Cap. 2. Theologia dicitur ad Deum Cognitionem procedere, prius Sculptoriam Artem, et deinde Lictoris industriam Emulaxi, Sicut enim Sculptor subis lignis et marmoris materia dolat, et sculpsit. Sicque per destructiones statuas perficit, sic Theologus ut perfectionem diuine essentis edeat, prius de se vel ab illa actualissima, et simplicissima natura omnes defectus et imperfectiones creaturam abstrahere, et postea ad instar Lictoris diuersis coloribus eas pingere, variis que perfectionibus eas exornare.

Hanc.



**H**anc Inter imitatur N. Ang. Pre.<sup>r</sup> Cui ordini ad meto-  
 dum inherentes, prorsusque de aliis perfectionibus de his disputa-  
 mus pauca de Divina Simplicitate dicemus.



**EXCLUDITUR IN DEO COMPOSITIO  
 NON SOLUM SUI SED EX CON-  
 SORTIO ALIORUM.**

*S*implicitas ut sic nihil aliud significat, quam negatio Composi-  
 tionis: ita est duplex nempe, *I*ntinica ex materia et forma, vel ex  
 Subiecto et accidente: *M*etaphisica ex essentia et existentia, vel ex  
 Supposito et natura: *L*ogica ex genere et differentia, iste proprie sunt  
 Compositiones de quibus in presenti loquimur. *N*oto Secundo preter  
 Compositiones intrinsecas Simplicitati repugnantes, alia esse Extrin-  
 seca. *1*o materia prima que licet in se intrinsece in Composito sit: ta-  
 men venit in Compositiones aliorum, et est primus Subiectus ex quo  
 omnia Elementa, et Mixta Componuntur, his Suppositis.

*D*ico 1<sup>o</sup> Deus  
 est simplicissimus, et Solutus Compositionis Expertus: hec Veritas Catho-  
 lica demonstratur primo a S. Thoma, quia omne Compositum est poste-  
 rius suis partibus, et dependens ab eis: Sed Deus est primus ens, et in  
 eo nihil est prius aut posterius, neque ab aliis dependens: *C*aq. 1.  
 Secundo Omne Compositum Causatum habet unum, que Coniungat  
 Extrema, que enim inter se diversa sunt, in aliquod unum non Conveni-  
 unt, nisi per aliquam Causam adunantem illa: Sed Deus Causa non ha-  
 bet est enim omnium prima: *C*aq. 2. et noto quod duplex datur Sim-  
 plicitas, una per partem potentialitatem, nihil dicere dicente, et est pro-  
 pria materie: alia per partem actualitatem et est propria perfectio solius  
 Dei, que non solum unum dicitur, quia Deos solius non habet, sed quia  
 in



in Deo nihil est, quod non sit Deus. Contra hoc Doctrina militat  
 horum hereticorum dicentium Deum esse Corporatum, quos sepius sacra  
 scriptura Patris in Locis, neque illis favent Loca aliqua, quae adu-  
 cunt: ubi mentio fit, ut brachi, ut dextera, ut auditus, ut Visus  
 Dei, ut dimensionis, longitudinis, extensionis, et profunditatis; hec  
 enim in sensu Metaphorico intelligenda sunt: ita ut brachia  
 significet potentem, profunditas vim eius Cognoscendi Occulta, alti-  
 tudo Excelsa Virtus Super omnia, et sic de aliis. Non obest Divi-  
 ne Simplicitati Misterium SS<sup>e</sup> Trinitatis quamvis in eo Colpos-  
 cat fides tres personas distinctas in eadem essentia, nam ut docet S.  
 Doctor in 1. Distin. 4. art. 3 ad 2. perfectio personalis Comparata ad  
 essentiam non differt ratione ab ipsa, id est non facit Compositionem  
 Cuius ea: Sed Comparata ad seum Correlativum, facit distinctionem  
 Verborum, Sed ex illa parte non est aliqua unio: quibus Verbis de-  
 clarat, quod ut Divine persone Compositus Efforment Cuius essen-  
 tia deberent unire inter se sub ea ratione sub qua relative dis-  
 tinguntur, si verum non unirentur, Sed potius opponuntur ex neutra  
 parte, fit Compositio.

Dico 1. impossibile est quod Deus veniat  
 in Compositionem aliam, est Contra Philosophos Antiquos asseren-  
 tes Deum esse animam mundi, et singulas eius partes in formare, sicut  
 anima partes Corporis. pro<sup>o</sup> 1. a S. Thoma quia Deus est prima  
 Causa Efficiens omnium rerum, cuius non est intrinsicam Compositio, sed  
 extrinsecam efficere: Secundo Deus est primus et perfectissimus Agens,  
 quod autem venit in Compositionem non est primus et per se Agens,  
 Sed potius factus et Compositus. Tertio quia Deus est perfectissimus  
 et Completissimus ens, omnis autem pars Componens est imperfec-  
 ta et incompleta, et dependet a Causa Efficiente ut alteri Coniun-  
 gatur.

Dices persona Xpi est Completa ex personarum Verbi  
 et humanitate assumpta, ut docent Theologi in tractatu de incarna-  
 tione, et definitur in 3. Sinodo generali sic: si quis non Confiteatur  
 unionem Verbi ad Carnem Coniunctam anime rationali in Compo-  
 sitionem anathema sit: et Leo Papa ad Julius docet: Xpius Constat  
 triplici Subiecto, scilicet Verbo, anima, et Carne: cap. 1.

Respondes

Conce. Ant<sup>o</sup>. Distin. Conseq<sup>o</sup>. per modum partium intrinsicam Componentis  
 neq<sup>ue</sup> per modum Completis et accuantis aliquam naturam Conc. duplex

data



divina Compositio, una que fit ex partibus incompletis et inter se subordinatis necesse se dependentibus, quarum una ab alia perficitur, talis est Compositio ex materia et forma, vel ex Subiecto et accidente, et hoc est involuat imperfectiones independentes et informativas Deo sequuntur. alia est que Thomae dicitur virtus seu terminabilis est intrinsece Completo et actuando, quo pacto Subsistentia virtus naturalis: hoc genus Compositionis, que nullo modo Divinae Simplicitati operat, dicitur Theologi cum est Thomae quest. 2. art. 3. separata in 6. pro de qua ibi scribitur.



## EXCLUDITUR IN DEO COMPOSITIO GENERIS ET DIFFERENTIE

Relictis aliquibus probationibus, pro<sup>a</sup> brevitate nostra Conclusio: impossibile est id quod est infinitum in aliquo ordine Constat ex duobus rationibus in eodem ordine distinctis et Limitatis: Sed genus et differentia sunt quod finitum et Limitatum, et essentia Divina Simpliciter infinita, in genere entis: Cuius dicitur max<sup>a</sup> Constat, quia infinitum non potest fieri ex rationibus finitis: min<sup>a</sup>, vero pro<sup>a</sup> genus et differentia mutuo se Excludunt in suis Conceptibus: Cuius Conceptus differentie non includit rationes entis, quod continet genus, nec e converso: Cuius quilibet ex his rationibus est finitum et Limitatum.

Dices

si Deus non habeat differentiam propriam maxime quoad rationem istam est Excludere perfectiones aliorum quae formaliter non continent: Sed hoc ratio non probat: Cuius dicitur min<sup>a</sup> prob<sup>a</sup>, si aliquid probaret, probare etiam in Deo non datur differentiam analogam, nec etiam per differentiam analogam de se. Excludere perfectiones aliorum: L. 2. p. 2. no<sup>a</sup> 2. min<sup>a</sup>, ad probationem neg<sup>a</sup> max<sup>a</sup>, Conceptus sive ra-



tio differentie analoge, nullas perfectiones excludere potest, aliter,  
 Sed istud particularizat naturam in qua est, si natura est infinita,  
 Cui natura infinita exigat includere in se perfectiones omnes, Diffe-  
 rentia analoge nullas perfectiones excludere potest, aliter, non esset  
 infinita natura, si autem differentia analoge invenitur in Crea-  
 turis, ut est Ratio Substantie, Secundum Conceptum essentialis Res-  
 pectu Accidentis, tunc differentia analoge excludit perfectiones  
 aliter, non ratione sua, Sed ratione naturae limitatae.

Dices 2.

Deus differt ab omni Substantia Creata, ab Angelo et Homine, Li-  
 cet pro aliis Creaturis Homo et Angelus ratione intellectualis Cui  
 Deo: Sed quod differt specie ab aliis constat genere et Differen-  
 tia: Cui Deus constat genere et Differentia. = Resp<sup>o</sup> Dist<sup>o</sup> ma<sup>m</sup>  
 Deus differt specie proprie neq<sup>m</sup> ma<sup>m</sup> improprie Cui ma<sup>m</sup> Sicut  
 enim non datur Ratio Substantie Communis proprie Deo et Crea-  
 turis, Sed tantum analogice, sic neque Ratio differentialis, atque  
 adeo neque species.



## DE PERFECTIONE DEI

Abstrahi ab esse Dei defectibus sciat omnes perfectiones creatas ei  
 tribuere, quae in Deo contineri indubitanter est. ut acutissimi ratio-  
 nibus probat M. Loret: unde solus est difficultas quomodo Deus  
 illas contineat; ad quod. Superandum est primo; duplex esse genus  
 perfectionis, quaedam perfectio dicitur perfectio simpliciter simpliciter,  
 quae in suo Conceptu formali nullas imperfectiones includit, et theo-  
 logi Cui Aristoteli in monologia Cap<sup>o</sup> II illas definiunt: quae melior  
 est ipsa, quam non ipsa, sicut quae melior est ear absolute habere,  
 quam non habere. Vg<sup>o</sup> Sapientia, virtus, intellectus, & absolute enim  
 melior



melius est vivere quod dicitur. Cetera: alia perfectio est pure Sim-  
plex ut in Sententia probabitur. Sunt relationes Divinae quibus non  
convenit aliam definitionem sine limitatione. Cum illa una unde Pa-  
ter equè se habet unde non est melius esse Patrem, ac  
non esse Patrem.

Alia est perfectio Secundum quid quæ aliquas  
imperfectiones. Semper includit, et sunt omnes perfectiones  
Creatæ. Supra 10. quod aliqua perfectio simpliciter potest in  
aliis contineri: primo formaliter, sicut rationalitas in homine.  
Secundo Eminenter sicut calor in Sole. Tertio Virtualiter si-  
cut plantæ in Semine. Quartus potest aliquid contineri Emi-  
nenter duobus modis; scilicet Eminenter formaliter sicut ve-  
getativus et sensitivus in Anima rationali. et practice et spe-  
culativus in Intellectu, vel Eminenter Virtualiter sicut Ca-  
lor in Sole; denique Contineri Eminenter formaliter hodie duo-  
bus modis esse potest; scilicet perfecte et quando inferioris  
in Superiori continetur à primo gradu usque ad ultimam  
differentiam: et imperfecte quando Solus continetur quoad sa-  
biones generales et communes.

Dico primo omnes perfectiones  
Simpliciter Simples Continentur in Deo formaliter Eminen-  
ter pro<sup>o</sup> Deus est Summe et infinite perfectus: et formaliter Con-  
tinet in se omnes perfectiones Simpliciter Simples: Sed perfectio-  
nes Simpliciter Simples nullam dicunt imperfectionem in Deo  
ex<sup>o</sup> Deus eas formaliter Continet.

Dico Secundo perfectiones Crea-  
turarum non sunt in Deo formaliter, Sed tantum Eminenter per-  
fecte, ita ut illas Continent non secundum rationes genericas, sed  
Secundum specificas et individuales. pro<sup>o</sup> quoad primam partem,  
quæ sunt formaliter in Deo, formaliter de illo dicuntur: sed per-  
fectiones Creaturarum de Deo formaliter non dicuntur: ex<sup>o</sup> t<sup>o</sup> min<sup>o</sup>  
constat, aliter Deus diceretur Leo, Petra & propriè et non Solus  
Metaphorice: Secunda pars pro<sup>o</sup> Deus est causa Equivoca Crea-  
turarum; ex<sup>o</sup> Continet Eminenter perfectiones illarum. Conseq<sup>o</sup> pro<sup>o</sup>  
Causa Efficiens in ratione qua est Efficiens deest in se præhabere  
Virtualiter aut Eminenter effectus, ea vero ratione qua est  
Equivoca deest illis nobilitate modo, et sublati imperfectioni-  
bus



bus in se prehabere, ac proinde Eminenter: Ergo d. quod autem  
 Continentia illa sit perfecta, et se extendat ad res individuales  
 pro<sup>o</sup>, ex S. Thoma quest 14. art. 6. ubi ait omnia in Deo pre exis-  
 tur, non solum quantum ad id quod est Comune omnibus, sed etiam  
 quantum ad ea secundum quae res distinguuntur.

Ex dictis inferre  
 perfectiones omnium Creaturarum multo perfectione modo Conti-  
 nentur in Deo, quod patet in Veritate Solis, nam Sol non attingit per  
 se primo in sebus inferioribus, nisi rationes virtutis, aut Corporis  
 corruptibiles, quae cum sit potentialis aut generica, non includitur  
 in ultimo illius differentis, et sic non continet res inferiores, nisi  
 Continentia eminentiāli imperfecta. Deus autem sua Causalitate  
 per se primo pertingit in sebus Creatis rationes producibilitatis  
 quae per se primo correspondet Universalissime Causae, unde Causa  
 huiusmodi si transcendit formales inbibita in modis et diffe-  
 rentis Creaturarum, Deus illas continet quodam modo Emi-  
 nentiāli perfectissime, et se extendit, non solum ad rationes gene-  
 ricas, sed etiam ad rationes atomas et differentiales.

### Dicto 3

Deus cum Creaturis non est aliquid maius aut perfectius inten-  
 sive, imo neque extensive proprie quod Deus solus, ut colligitur ex  
 Dicto Thoma Contra Durand et alios: pro<sup>o</sup> ex sacra scriptura,  
 praecipue ex illo versu: omnes gentes sic sunt conat eo, quasi  
non sint. Ergo neque ex accessione Creaturarum ad Deum: augere  
aut huiusmodi accessio nihil sit pro<sup>o</sup>, etiam Apus: tractatu 11. in Joane: si  
fueris sine Deo minus es. Si fueris cum Deo, Deus maior non est  
non ille maior, sed sine illo minor.

Pro<sup>o</sup> 2 ex S. Thoma asse-  
 rente bene Creaturam se habet ad increatum sicut punctum ad lineam,  
 sed punctum cum sit indivisibile aditum lineae non facit maius: Ergo d.  
 Deinde alia ratione S. Thomae pro<sup>o</sup> inferitur ex additione alicuius fi-  
 nis non facit maius ex philosopho: sed Deus est simpliciter infinitus,  
 creatura simpliciter finita: ex d. licet tamen non faciant maius exten-  
 sive proprie, bene tamen extensive improprie, quia sunt plures res, et  
 plures modi habendi earum perfectione.





## DE BONITATE DEI.

**D**e bonitate Dei dici potest, quod de Paradisi Gloria d' Augustinus descripsit: Desiderari potest, Concupisci potest, Suspirari potest, Verius ex placere non potest. Nota primo quod bonum potest sumi tripliciter, primo absolute seu fundamentaliter pro eo quod est in se perfectum in suo genere, sive cum nihil de est ex his que sequuntur ad eius perfectionem, et integritatem, sicut aqua dicitur absolute bona, quia habet omnia accidentia, et omnes qualitates sibi derivatas. Secundo potest sumi bonum respectivo seu transcendentaliter, et sub hac ratione consistit formaliter in convenientia cum Voluntate, ex qua oritur appetitabilitas per modum passionis ad illam consequentis. Tertio pro modo perfecte et rectitudine qua res intellectuales bene moliter denominantur, idque fit dupliciter, vel actuali bonitate, quatenus operantibus, bona moliter idem sepe ratione conforma exercentur; vel actualitatem, quatenus sic sepe disponit per gratiam, et habitus infusa recteque potentiam ad bene moraliter operandum.

**N**ota 2 quod ad rationem boni simpliciter, non solum sequuntur quod in se sit perfectum, sed etiam quod sit dispositum et perfectivum aliorum, ut docet S. Dionysius de Divinis nominibus Cap. 5. et S. Thomas 3. parte quest. 1. art. 1. dupliciter aliquid potest esse dispositum, scilicet, per modum cause efficientis, et dando illi esse, et per modum finis adiuvando appetitum creaturam quod perfecte satiendo et quietando.

**N**ota 3 quod aliquid potest dici tale per eventum duobus modis primo ex parte Subiecti, secundo ex parte predicati, primo modo est quando illud in Convenit ex vi essentis, et per ab alio extrinseco, sicut Theologia dicitur per eventum Naturae. Secundo modo quando non solum ex vi essentis habet aliquam formam,



sed etiam est possidet Cui tota plenitudine, et absque ulla limitatione, vel contractione, quo pacto si daretur abbedo ab omni subiecto Separata, esset salis per essentiam suam solum ex parte subiecti, sed etiam ex parte predicata, quia caret omni limitatione, et omnes perfectiones abbedonis in se contineret; his exacte notatis.

Dico 1. Deus est summe essentialiter bonus, bonitale absoluta; pro<sup>o</sup> bonitas absolute consistit in integritate sui; sed Deus est summe, et infinite perfectus, et omnes perfectiones excogitabiles in se formaliter, et eminenter continet. Cap. 1.

Pro<sup>o</sup> insuper Deus non solum est perfectivus aliorum in genere Cause efficientis, sed etiam in genere Cause Exemplaris, et finis, non solum enim est fons ex quo omnis perfectio nature, et omnia que sunt manant, sed etiam mensura ex cuius mensuratione ipsa perfectio satis pendet, et finis ad quem ad quod omnia ingenito pondere tendunt, in quo omnia quiescunt, et in quo est omnis amor, omnis desiderii Consummatio, omnis motus terminus, omnis que appetitus Satisfactio.

Dico 2. Deus est summe bonus bonitale respectiva, seu convenientia appetitibus: pro<sup>o</sup> Deus habet perfectiones sibi maxime convenientes, et necessario amabiles a se, et convenientes creaturis, ut causa et finis omnium: quibus dat solum est specialiter bonus et convenienter, iustus et amicus, beatus et favorabilis, studiosus et causa exemplaris omnis iustitie, et sanctitatis, penitentibus et auctor remissionis et gratie: hinc illud Psal. 124. quod bonus israel. Deus: his qui recte sunt corde: Cap. 2. est summe bonus bonitale respectiva.

## Dico 3.

Deus est summe bonus bonitate moralis: Bonitas moralis consistit in perfectione morum, que in scriptura iustitia vocari solet: sed in Deo est perfectio morum sine ullo respectu et demonstrat D. Mo  
mas in opusculo de moribus Divinis: Cap. 3.

Dico 4. Deus est bonus per se, non solum ex parte subiecti, sed etiam ex parte predicati: pro<sup>o</sup> pro<sup>o</sup> ma pars: illud dicitur tale per essentiam ex parte subiecti, quod habet aliquam formam, vel perfectionem ex se sui essentie: hinc illud Leo. 1. n. 1. Deus Cuius natura bonitas, et opus misericordia. Cap. 4.

Secunda



Secunda pars pro: esse bonus per essentiam ex parte predicati est habere totam plenitudinem bonitatis sine ullo limitatio: sed Deus sic illam habet: cap. 7. unde S. Hieronymus de Divinis nominibus Cap. 1. ait: sponsa Deus bonus et pulcherrimus appellat: et Luc. Cap. 10: Solus Deus dicitur esse bonus, bonus omnium bonorum, bonum a quo sunt omnia bona, bonum sine quo nihil est bonum, et bonum quod sane ceteris bonum est. Cur exj (Exclamat Anselmus) per multa. Dei bonitas querendo bona anime sue, et corporis sui, anima bonum in quo sunt omnia, et satis est: Desidera simplex bonum et sufficit: postea progreditur S. Augustinus: non cum animalia non amantur, nisi quia bona sunt eis inherendo non Attrahere bonum unde bona sunt.



## DE INFINITATE DEI

**N**oto 1. quod dupliciter potest aliquid dici infinitum, primo in ratione entis: Secundo in Cetero generis entis, quod primo modo est infinitum, simpliciter est infinitum, quia tota eius amplitudine, que est in termino, in se continet. quod dicitur est infinitum in Cetero generis entis, dicitur infinitum secundum quid, et continet tantum perfectiones illius generis 2<sup>a</sup> si dicitur albedo infinita, illa in se contineret omnes perfectiones albedinis.

**N**oto 2. illud dicitur infinitum, quod caret terminis, si sit infinitum simpliciter. Levet Carere terminis in omni genere entis; si secundum quid, solum in aliqua linea.

Dico unice Deum esse simpliciter infinitum, et in genere entis infinitum: et S. Thomas hic ait 1. pro. esse Dei est per se subsistens, et inacceptum: ex 1. Inc. pro. Cur autem Dei neque Virtualiter ab eius essentia distinguatur, neque ponet in ea recipi, et licet distinguatur adus non recipitur, Cur etiam attributa Virtualiter

ten.



ten ab essentia distinguantur, et tamen non recipiantur in ea; et satis est, quia inter recipiens et receptus debet dari distinctio realis. pro Conseq. actus licet extrinsecus, et extrinsecus limitentur a causa illos producente; formaliter et intrinsecus per potentiam susceptivam, aut saltem per ~~accidens~~ ad illas limitari debent: ut ait Doctor. Contra gentes Cap. 3 cap. de vel recipi esse Deum in essentia ut possit limitari: Sed esse Dei est inceptum, et ab omni subiecto abstractum; ergo illimitabile, et sine termino infinitum.



## DE IMMENSITATE DEI

Sicut Deus ratione Divinitatis est supra omne tempus ita ratione immensitatis est supra omne locum. licet per illos sit intrinsecus et substantialiter praesens omnibus locis: vultu illud Divinis de Divinis Nominibus: Maxime appellatur Deus secundum propriam magnitudinem, quae maior omnibus de se communit, et omni magnitudine extrinsecus, superfunditur et supra expanditur omnes complectens locum, omne excedens numerum, omne transcendens infinitatem.

Hoc non obstanti fuit error aliquorum dicentium Deum esse in aliqua parte determinata mundi, ut Aristot. de primo motore, Aesentes ibi esse ubi primus mobile erat, hoc autem verum est, si non solum ibi, sed in omnibus locis aeseratur esse.

Suppono igitur de fide Deum esse ubique, difficultas est, an S. Thomas recte provoverit existentiam Dei in rebus omnibus ex eius operatione: pariter a firmativa defendimus, Contra Nominales et alios: pro primo ex sacra scriptura. Psal. 138. quo ibo a spiritu tuo, et quo a firmata tua fudis, si ascendero. U. quibus verbis

Propheta



Propheta presentia Dei in omnibus seculis demonstrat, et sedens ratione  
ait: eternam manum dui illic deducet me, et tenebit me dextera dui, per  
manum aut dexteram Dei eius operatio frequenter in scriptura significat:  
Ex q̄. Secundo ex Apostolo disputatione contra Ahermianis, in ac-  
tibus II. non longe est ab uno quoque nostrum, in ipso enim vivimus  
movemur, et sumus: ubi ex operatione Dei in nobis arguit Apostolus  
Diurnam presentiam.

Nec valet respondere Cur Concursus has relationes  
scripturae non esse formales, sed materiales, nam quicquid quod hoc  
decedat Sacrae scripturae auctoritati Sanctorum PP. in sensu forma-  
li allata Testimonia intellegunt: sic pro omnibus D. Hilarius in Dial  
100. prope est de Domine omnibus: sic ait: adest ubique et totus est,  
non prope uique Sed in omnibus omnia est.

Pro: ratione funda-  
mentali ad Thomam, Agens quod operatur in omnibus seculis per virtu-  
tem sibi intrinsecam deest esse immediate, et secundum suam substantiam  
et presens in omnibus: Sed Deus sic operatur: Ex q̄. Mai<sup>r</sup> Superius  
ex Philosophia: ubi dicitur quod movens et motus deest esse simul, sed  
hac differentia, quod Agens per Virtutes, sed ab alio participatum,  
non deest esse immediate et secundum suam substantiam presens subiec-  
to in quo agit, sed tantum mediate, et ratione Virtutis, ut Cons-  
tat in Sole, qui non est in visceribus terrae, nisi secundum suam Vir-  
tutem, et ibi aurum producit: Agens vero per Virtutes sibi intrinsecam  
deest esse in mediate et secundum suam substantiam presens subiecto  
in quo agit, ut constat in igne, qui non agit in subiecto distantia per  
Calorem intrinsecum, sed per diffusionem. min<sup>r</sup> pro<sup>r</sup> Deus in omnibus se-  
culis per se primo producit, et Conservat esse, quod est magis intimum  
seculi: Sed illud esse quod producit non potest attingere per se pri-  
mo per aliquas Virtutes a se diffusat, sed per  
virtutes intrinsecas sicut identificat.

Ex q̄. 





## ARGUMENTA SOLVUNTUR.

**Arguitur 4.** Agens ex S. Thoma debet esse Coniunctum passive, movens et motum devent esse Simul: et hoc pro<sup>o</sup> quod Agens Creatum non potest agere in distans: huiusmodi vero principium, non intelligendum est de Deo, qui cum sit Agens spirituale, et infinite virtutis potest agere in distans: Ergo ex eo quod operatur ubique non sequitur ubique esse, nisi saltem mediate. Confirma<sup>r</sup>. Exemplo Solis illato, et Xpi Domini existentis in Cælo et producentis in nobis gratiam, et alios efectos Supernaturales.

Ad objectionem neq<sup>m</sup> min<sup>m</sup>, hęc enim propositio omne agens & Verificatur de omni agente Creato, et increato, licet enim tale participium non sint amplius Aristoteles a quo S. Thomas illud desumpsit, Cum tamen satis vixeat universaliter intelligendum est: = Resp<sup>o</sup>. Secundo dicitur quod Deus potest operari in distans. ad hoc dicimus quod ex eo quod Conservet esse in sebus, inferatur intus illius presentia, quia esse non potest produci, aut Conservari in sebus, per aliquam virtutem Creatam, sed tantum per virtutem increatam identificatam cum ipso Deo. ex quo ad Confirmationem, Resp<sup>o</sup>. quod Sol, et humanitas Xpi possunt seipredicari Cooperari per aliquam accidentalem a se difusa, sepugnat autem quod Deus sic operetur.

**Ex dictis**  
 Colligitur 1<sup>o</sup> quod operatio Dei virtualiter transeuntis est ratio formalis per quam est presentis in sebus, ac per consequens, talis operatio per quam producit et Conservat esse in sebus causat, movet, et applicat ad operandum est ratio formalis per quam est potens esse in illis. 2<sup>o</sup> Deus est in Creaturis, sicut ens per essentiam in Entibus per participationem: sed ens per essentiam non est in Entibus per participationem, nisi quatenus ab illo causatur, movetur, et applicatur mediante operatione transeunte tanquam per rationem formalem: Ergo &c.

Colligitur 2<sup>o</sup> quod licet in Agenti ratio formalis presentis locati sit operatio, sicut in Deo aliter, et aliter, non in Angelo requiritur operatio ad contactum









UTRUM DEUS SIT ACTU ET POSITIVE  
PRESENS IN SPATIIS IMAGINA-  
RIIS.



PROPONUNTUR ALIQUA ET DUVIUM  
RESOLVITUR.

**N**oto 1. quod spatia imaginaria intelligunt Theologi privata quaedam  
intervalia, seu quaedam spatia vacua quae Concipiuntur extra Caelos, et quae  
sepleri Corporibus possunt, sicut ante Universi fabricat fingimus quan-  
dam Vacuitatem inane quae nunc occupat universus. **N**oto 2. tanquam

certum Deum esse extra totum universum, si *Si* extra Sumatur negativè  
et hoc significat quod Deus nec limitatus nec contractus intra ambitum  
universi, sed eius Viatus sit infinita, et immensa: unde dicitur 3 Regum  
Cap 3 Caelum et Caeli Caelorum, et Capere non possunt, quanto magis Dominus  
hæc? sed quod in Contractiva Veritas est: si *Si* extra Sumatur posi-  
tive



siue ita ut significet si Deus sit praesens in illis spatiis:

Nota Ultimo

quod duplex potest esse praesentia, una formalis, et est per qua res est de facto praesens in aliquo loco, alia potentialis seu fundamentalis facti-  
ne Causae et apta et potens in loco existere, his Apositis.

Dico 1. Deus

non est actu et positive extra Celos in spatiis imaginariis, sed nega-  
tive tantum et fundamentaliter quatenus Divina Substantia non Con-  
tinetur, nec Limitatur intra Ambitum Universi, et potens est ad nova  
Condendos, et nova Spatia Occupandos. Pro<sup>o</sup> ex auctoritate S. PP.  
pro quibus sit S. Augustinus supra Lib. 112. in illis qui habitant in Ce-  
lis, sic ait: antequam Deus faceret Celos, et Terras, ubi habitabat? et  
antequam haberet Sanctos ubi habitabat? et respondet in se habitabat  
Deus, et apud se habitabat, et apud se est Deus. pro<sup>o</sup> que ex S. Thoma  
ubi cumque Deus est, ibi est per operationes suas transeuntis, ut patet ex  
dictis. Sed nihil operatur Deus in spatiis imaginariis, nec ibi nullus  
est effectus: Cap. 6.

Pro<sup>o</sup> 2. ab homine contra advectionem: si Substantia  
Dei, esset externa extra Celos, et positive praesens in spatiis imaginariis,  
maxime quia Substantia Dei ratione suae operationis est infinita in Ex-  
tensione Locali. Sed hoc ratio non convincit: Cap. et precipue fundamen-  
taliter Advectionis. min<sup>o</sup> pro<sup>o</sup> non minus Clearitas est infinita in ra-  
tione durationis, quae immensitas in ratione Extensionis: Sed Clearitas  
ratione suae infinitatis, non se extendit ad res praeteritas, et futuras, et  
multo minus ad tempora imaginaria, nec illo scilicet Ambitu ne  
Condicit: Cap. nec Substantia Dei: mai<sup>o</sup> et certa, min<sup>o</sup> ad tem. Cons.  
pro<sup>o</sup> ideo per res futuras et praeterite non possunt contineri scilicet  
in Clearitate, quia non sunt scilicet in seut natura: Sed ideo  
evenit in spatiis imaginariis: Cap. 6. unde S. Thomas in prima 2ae 32.  
quest. 5. art. 5. ait: Deo non convenire ab eterno esse, non defectu sui  
defectu tamen seut que ab eterno non fluxit, ut dicitur Deus esse.

Restat

nunc explicare modum Essendi Dei in sebus per essentiam, praesentiam, et  
potentialitatem, quibus tribus modis Deus est praesens, quia ut explicat S. Thomas  
hic art. 5. videmus quod in sebus Creatis tripliciter potest quiescere in loco,  
primo per suam Substantiam, sicut Lux in aere. Secundo per praesentiam,

sicut



Sicut in Signatio et in his ad quae potest eius virtutes. Tertio per potentiam sicut Rex in suo Regno, et Sol in visceribus Terrae, modus essendi Dei per essentiam pure explicatur. Sicut quia Deus adest omnibus rebus ut Causa essendi, ut Loquitur S. Doctor hic art. 3. id est quia producit et Conservat esse in omnibus rebus, probatque omnia Verbo virtutis Suae, quae virtus non est ab alio distincta et Separata, sed ipsa est Substantia ut diximus. Secundo Deus est quoad presen-

tiam quia omnia sunt praesentia ei nuda oculis eius, et ipse Cognoscit et praesentia omnia legit, et speculative videt. Tertio quoad potentiam, quia potest operari in omnibus rebus quae vult, et in distinctione eius. Cuncta sunt posita.

Nota quod modus praesentiae quoad potentiam distinguitur a modo praesentiae quoad potentiam in actuali operatione Dei. Nota praeterea quod licet Deus sit in omnibus rebus his tribus modis specialiter est in Caelo imperio, primo ob dignitatem illius Locum. Secundo, quia in illo specialiter exprimitur Divina Majestas. Tertio, quia ibi se ipse manifestat et fruendus est.

Restat explicare quomodo Deus specialiter sit in anima Iusti per gratiam et Charitatem. Sicut Cuiusdam Thomae Deus personaliter in anima Iusti habitare, non solum quia sua dona dat: est Contra aliquos esse sentientes Deus esse specialiter in Iusto, sicut Sol remotissimis Terrae partibus, dicitur esse ratione Caloris, non vero Secundum propriam Substantiam. pro<sup>o</sup> ex Thomae 4. Contra Gentem dicens Spiritus Sanctus Secundum suam Substantiam in habitat mente: ex non solum per dona, sed personaliter Deus est in Iusto. ratione pro<sup>o</sup> quia per gratiam datam animae Iustificatae Spiritus Sanctus quoad propriam eius Substantiam, ut Coligitur ex illo Apostoli ad Romanos 6. Charitas Dei diffusa est in Cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.

In super Amici per amorem non solum dant Suae, sed etiam se ipsos, et potissimum Cor, unde Cuius Spiritus Sanctus sit Cor Dei dicitur dicitur per effusionem gratiae, neque solum Spiritus Sancti persona, sed tota Amicitia per Charitatem sit praesens et intima in Anima Iusti, ut Festuluz. Iames 13. Si quis diligit me diligitur a Patre meo, et ad eum venimus: unde aperte Coligitur, quod Deus speciali modo distincto ab illo qui generaliter est in rebus, esse intime realiter praesens in Anima Iusti.





## DE INMUTABILITATE D

**D**ico ~~primo~~ duo in presenti demonstrantur primo Deus esse omnino immutabilis. Secundo. Antea sic propria Dei immutabilitas ut possit Convenire Creaturis. Dico primo Deus esse omnino immutabilis est de fide. et Coligitur ex scriptura et P.P. Deinde latine naturali demonstratur et est prima de Thomae qua desumitur ex verbis Aristotelis quae sunt proprie fundamenta immutabilitatis, scilicet a latine dictis primo, a simplicitate, et infinitate, quae semper sunt tres Conditiones sequentes ad mutationem, ad hanc primo sequuntur potentialitas, seu privatio accidentis formae, quae se habet ut Feminus a quo: Secundo sequuntur Subiectum mutabilis, et Susceptivus diversarum formarum: Tertio Feminus ad quod, seu forma de novo producta, quae omnia Excludunt a Deo sua Aristoteli relata:

Primo quia est actus purus, et Conseq<sup>r</sup> Caret privatione formae, quae se tenet ex parte Feminus a quo: Secundo quia est simplicissimus ac proinde Subiectum incapax motus, ille enim debet de necessitate ad motum Compositionem, cui deest in se admittere aliquam formam quae antea non habebat: Tertio quia est simpliciter infinitus, atque ita non potest et nihil de novo advenire, aut habere aliquam Feminus quae antea non habuerit.

**D**ico Secundo perfecta immutabilitas soli Deo Competit, Coligitur ex fundamentis istis scilicet, et ex D. Thomae, sicut enim in Deo triplex datur fundamentum immutabilitatis, ita in Ente Creato triplex datur fundamentum mutabilitatis. primo quia ex non esse ad esse Continuo fluxu tendit. Secundo quia est Compositum ex materia et forma, vel ex Subiecto et accidente, vel ex essentia et existentia. Tertio in infinito quia est imperfectus cui semper potest aliquid addi, vel auferri. Cui omnis creatura essentialiter mutabilis est, et praecipue inter eas homo: Unde D. Bernardus dicit: facilius citharas mundi enumerare possumus quam motus Cordis mei, motus animalium et Volatilibus meis motibus Comparari non possunt, sed dea motus meos non est numerus, nunc ista, nunc illa Gen. Dico Secundo.





## DE ETERNITATE DEI.

Deus esse eternus, et Eternitatem esse propriam Solius Dei Sanguis omnino Certus Supponunt Theologi, et est de fide. duplex est ratio Eternitatis, prima est plenitudo Divinae Essentiae, seu ratio Entis per Essentiam, quia nihil potest esse a semetipso, et Continere in se totam plenitudinem essendi, nisi sit ab eterno. Secunda ratio est immutabilitas Essentiae Divinae, sicut enim tempus motus, ita eternitas immutabilitate consequitur, unde hic occurrunt difficultates Examinanda, prima cum secte Eternitatis definiunt Doctores, Secunda cum Eternitas includat rationem mensurationis et durationis respectu Dei.

Circa primam dico Eternitatem sectam definiunt a Doctore. interminabilis Vita tota simul et perfecta possessio, ita S. Thomas hic ait 2. explicatur hoc, dicitur Eternitas possessio ad designandum eius immutabilitatem, et stabilitatem, illud enim dicitur nos ponderare, quod si firmatiter habemus et ad quod firmare non possumus. dicitur Vita simul, ut a tempore distincta Cuius Essentia non est tota simul, sed per Successione adquirentur unde Eternitas consistit in unico indivisibili, nunc quod nunquam est existens, neque praesens, neque futurus, sed semper hodieus, quod explicat Div. August. supra illud Psal. Ego hodie genui te: ubi per hodie intelligitur Eternitas in qua inquit neque praesens quid loquitur est quasi defuit, neque futurus quasi nondum sit.

Tertio dicitur quod illa possessio vitae est perfecta, ad Excludendum nunc temporis, in qua non est quid perfectum, neque in eo res aliqua perfecta possidetur. Quarto dicitur quod est possessio vitae, potius quam esse, quia Iohannes dicit S. II. ad 2: esse non extenditur ad operationes sicut Vivere, quod non solum de operatione, sed esse praedicatur in Viventibus, quia in Viventibus Vivere est esse; Sed dicendum, quod eternitas potius est possessio vitae quam esse, quia in Deo qui solus habet Eternitatem, Vivere est esse. dicitur tandem possessio vitae interminabilis, ut designetur quod Eternitas omni termino caret ideoque Circulo Tempore

liber.

DU





AN ETERNITAS INCLUDAT  
RATIONEM DURATIONIS ET  
MENSURE RESPECTU ID



RESOVITUR DUBIVM

*Deus & eternitas est essentialiter duratio, est contra Aristotelem do-  
cente eternitate esse ipsam naturam Divinam, quatenus habet vim Co-  
existendi omni Tempore: fundatur primo, quia duratio importat quan-  
dam Successionem prioris et posterioris, que repugnat eternitati, que  
est indivisibilis et tota simul. Secundo quia Boetius in definitio-  
ne eternitatis non ponit durationem.*

*Nra tamen Conclusio est d. Tho-  
mae hic est S. ubi ait: Deum esse suam eternitatem, et tamen nulla  
alia*



alia sed sit sua duratio, et in 1. dist. 4. ques. 2. art. 2. docet hec tria nomina  
 et eternitas, tempus, et heur esse veluti tres species contemptas in eodem ge-  
 nere, et tempus et heur sunt sub genere durationis: tempus enim est du-  
 ratio seu mutabilitas, heur duratio seu corruptio, quantum ad esse:  
 ex quo etiam eternitas est duratio entis essentialiter immutabilis et necesa-  
 riè sempiterna.

Hinc ad fundamentum Aureoli dicimus quod ex vi  
 relationis non inferitur Successio aliqua, imo et perfecta duratio dicitur  
 quando aliquid durat, et pro instanti in quo durat non datur successio  
 aliqua, cui successio dicitur committere esse, et perfecta duratio solum expli-  
 cet permanentiam. ad Secundum respondetur ex D. Thoma quod du-  
 ratio ex ratione nominis importat quandam extensionem partem, quod  
 attendens Loeius potius voluit ut in nomine permanentis, ut Sep-  
 timificaret eternitatem, non quamcumque durationem esse, sed esse du-  
 rationem immutabilem, et perfectissimam.

Dico 2. eternitas habet  
 rationem mensuræ respectu essentiaè Divinae non formaliter, sed vir-  
 tualiter, est D. Thomæ hic art. 3. dicentis eternitatem esse mensuram,  
 est contra Communes Societatis. probatur ratione illud est mensura  
 alicuius rei, pro quod cognoscitur quod sit res essentia sive forma-  
 li, sive virtuali extensione: sed eternitas Dei est ratio pro qua cog-  
 noscitur quod Deus virtualiter in sua duratione sit Extensus: Ergo  
 eternitas includit aliquam rationem mensuræ respectu Dei.

Secunda  
 pars probatur mensura formalis et proprie dicta importat relatio-  
 nem, ac pro inde distinctionem scilicet inter mensuram et mensuratum,  
 quæ quidem distinctio non potest reperiri in Deo: Ergo eternitas est men-  
 sura formalis, sed solum virtualis, ad modum quo natura Divi-  
 na dicitur esse Causa suorum attributorum. unde no-  
 to quod eternitas solum dicitur negationem  
 mensuræ finis, quod Deo ut pote infi-  
 nito Convenire requirit.

S. Ultimo.





## ARGUMENTA SOLVUNTUR.

Arguit primo Vazquez, ex D. Thoma in prima dist. 19. art. 4. quæst. Divina inquit magnitudo nullo modo est mensurabilis, nec mensurata, nec ab alio nec esse, quia mensuratio ponit terminationem. Respondet quod D. Thomas dicit, quod Divina magnitudo non est mensurabilis tanquam à mensura formali, quia talis talis mensuratio ponit terminationem in Deo, non tamen intendit excludere rationem mensuræ virtualis infinite, et adjuvante ipsi mensurato: hoc enim in Deo nullatenus arguit in perfectione, nec terminationem.

Arguitur Secundo eternitas nec habet rationem mensurationis respectu Dei, nec respectu Creaturarum. Ex. Et Antecedens constat quoad primam partem, nam eternitas habet identitatem cum Deo. Ergo non potest esse mensura Dei. quoad secundam eternitas respectu Creaturarum habet nimirum excessum, ut pote infinita. Ergo respectu illarum &

Ad argumentum negotium quoad utramque partem eternitas namque mensuratur durationem essentia Divina, tanquam mensura homogenea et adequata; durationes vero Creaturas, ut mensura super excedens. ad primam



proportionem in Contrario dico quod ipsamet duratio secundum  
 diversos Conceptos inadequate habet rationem mensurati et Men-  
 surae, mensurati quidem in quantum dicitur quantitates, seu Exten-  
 sione Virtualiter infinita, mensurae vero quatenus Explicat sur-  
 sum uniformitate et immutabilitate in durando. ad secundum  
 dico quod ille Excessus ac Disproportio, quae inter durationes Creatas  
 et incies. separantur. Solut impedit quod sit mensura homogenea  
 non tamen quod sit mensura in adequata et Excedens.

Dices

Ultimo mensura distinguitur a mensurato, quia relative di-  
 cuntur: unde sicut si Pater realiter non distingueretur a filio  
 soleretur Paternitas, ita si mensura identificaretur cum men-  
 surato non esset mensura: denique mensuratum in quo soleat  
 vel esse inferior mensurae: alias, si ei esset equalis non esset  
 ratio Cui mensuratum non esset mensura et e Contra.

Ad

primus Resp: esse verum de mensura formalis et Extrin-  
 sica, non vero intrinseca Virtuali, nam quando mensura est  
 intrinseca et perfectissima, ita habet rationem mensurae quod  
 intendit identificet sicut ipsum mensuratum, ut constat in  
 Creaturis: Tempus enim non solum est mensura motus infe-  
 rioris, sed etiam motus primi mobilis, in quo est, hinc est  
 mensura durationis Supremi Angeli, et etiam aliorum extra se  
 unde Exemplum adductum de Patre non Convincit primo quia  
 Paternitas essentialiter exigit distinctionem reales a suo Correla-  
 tivo; mensura vero licet intendit fundat relationem reales ad men-  
 suratum, non tamen est formaliter Relatio.


Secunda disparitas est,  
 quia fundamentum relationis paternitatis fundatur in actione de  
 necessitate: unde Cui de ipsa ratione actionis sit distinctio realis a suo  
 termino producta, Relatio Paternitatis, non solum ratione sui, sed  
 etiam



etiam ratione sua fundamenti importat distinctiones seales a filio:  
 at vero mensura antecedentia ad relationes, quae fundat, non im-  
 portat aliquam actionem, unde quanto perfectior est mensura, tan-  
 to magis et perfectius coniungitur suo mensurato: cetera-  
 ritas sic mensura, ita coniungitur suo principio men-  
 surato, ut habent identitatem cum illo. Cedant &

omnia in aliquale obsequium **B.M.V.** sine  
 Labe Conceptae. in obsequium **B.P.N.** Thie-  
 rei Cayetani. et **B.F.N.** Avellani.  
 necnon **D. Josephi** nre Religio-  
 nis. **Patronis** et **D. Theresae**  
 ordinis Carmelitarum Pa-  
 rentis. Cedant & demum  
 in honorem et gloriam  
 Matris heretico-  
 rum **D. Inquisitor**  
**Antonii de**  
**Padua.**

**IHS DEO**

















TRACTA  
TUS.  
DE  
JUSTIFI  
CATIONE  
IMPII, ET  
MERITO  
JUSTI  
AD QUES.  
113. ET 114.







INACTA  
LUS  
DE  
JUSTITIA  
CIVITATE  
MILITIA  
MILITIA  
LUS  
AD  
MILITIA







AN DETUR, QUID SIT ET QUE  
NAM CAUSA FORMALIS JUSTIFI-  
CATIONIS IMPII



ALIQUA SUPONUNTUR ET DUBIUM PER  
VARIAS CONCLUSIONES SOLVITUR.

Suppono 1. dari Justificationes, quod ex de file, definitur in Concilio  
Lentio Ses. 6. Cap. 7. non est Sola peccatorum remissio (scilicet Justificatio et  
remissio interior per voluntariam susceptionem gratie et donorum, unde ho-  
mo ex iniustus fit iustus. et Cap. 4. eiusdem Sessionis definit Justificationem  
per hec Verba: est translatio ab statu quo homo nascitur filius primus  
Adde ad Statum gratie et adoptionem Ver.

Contra hanc Suppositionem, quate-  
nus dicitur Verax remissiones peccatorum, Arduum Hereticum 1. ex Psal. 51.  
Beati quorum remissio sunt iniquitates, et quorum Verba sunt peccata, Beatus  
V. 2.



Vix cui non imputavit Dominus peccata. Ex q̄ peccata non destruuntur totaliter, sed sequuntur. Ex q̄ Justificatio ~~est~~ Consistit in <sup>non</sup> imputatione peccati, et non in aliquo intrinsic. = Resp. Conc. Sexto, neq̄ <sup>ad</sup> Conseq̄<sup>m</sup> nat̄ id̄ est. nra peccata esse facta ab eis Deo, quia esse delecta. Similiter neq̄ Secundat Conseq̄<sup>m</sup>, nat̄ Cui nullus peccatum posset manere impunite, id̄ est dicere Deo non imputare peccata, ac peccata nullomodo esse: in eodem sensu dicitur Charitate operare multitudinem peccatorum, quia si sit fervens, ita destruit peccata quoad penas, ut nul̄ illius operetur Divinae Justitiae puniendum: ita S. Thomas Dist.

Obstant 2. Hæretici si peccata in Justificatione totaliter destruerentur nunquam relaxent, interdu sedent: sed in Justificatione non destruuntur. min<sup>o</sup> videtur nota: in illo Math. ubi Dominus excusit omne debitum, quod Antea dimisit, dimisit Servo domus peccante. Ex q̄. Resp. Conces. Mai. Dist. min<sup>o</sup> interdu sedent formaliter et secundat propria macula neq̄. Virtualiter et secundat quid, quatenus peccatum subsequens, ratione impræcognitionis Contra Deo remittente peccata pristina est aliquomodo manens. Conc. min<sup>o</sup>, et neq̄ Conseq̄<sup>m</sup>, ut peccata sint Verè remissa, et sublata Suficit quod secundat propria macula non relaxent, licet ratione impræcognitionis Deo possit exigere penas ab homine.

Sic prima Conclusio forma Justificans, seu causa formalis nra Justificationis non est Justitia Dei, seu Dea nobis imputata, neque est aliquod extrinsecum, pro. ex fundamentis Sac. 10. Siquis dixerit homines Justificari, vel sola Justificatione Xpi. Vel sola remissione peccatorum exclusa gratia, et Charitate Amalena sit. ex forma Justificans.

Pro. Ratione si homines Justificentur per Justitiam Dei illis imputatam, omnes Justitiam essent equè Sancti ac B. V. Maria: hoc licet blasphemè à Lutero dicitur in sermone de Nativitate Virginis, absurdissimè est: Ex q̄. Sequela pro. quoties forma tribuens effectus formales est eadem, et Communicata Subiectis equè Capacibus tribuit equales effectus formales; sed Justitia Dei, quæ Communicata Justis per fidem est eadem, et Justitiam sunt equè Capacibus effectus formales Sanctitatis: Ex q̄ sunt equè Sancti: Ex q̄ si homines Justificentur. S. Mai. pro. Cavendo Solutionem, nemel quod forma eadem Communicata Subiectis equè Capacibus, licet Communicata per perfectionem unionem, et applicationem tribuit equales effectus formales.



ler. Sed Iusti et B.V. sunt equi Capaces effectus Sancti, et aliunde,  
forma est eadem: eaq. tribunt aequaliter effectus Sanctitatis. mai<sup>r</sup> patet in  
unione Verbi Angelo, in quo Casu non fedeliter illud magis Sanctum,  
quam homines, licet illa unio perfectior est.

Pro. 2. Conclusio si Jus-  
tificatio est extrinseca et peccati intrinseca, Iustus potius huc deno-  
minabitur impius, ac Iustus; hoc est falsum: eaq. forma Iustificans non est  
quid extrinseca. Pro<sup>r</sup> mai<sup>r</sup> not quando forma dealbans est extrinse-  
ca Subiecto, et forma denigrans est intrinseca, Subiectus potius deno-  
minatur nigrius, quam Albus: eaq. si forma d. Ant<sup>r</sup> patet in Heliope or-  
natus Vestis Alba.



## SOLVUNTUR ARGUMENTA.

Obiit<sup>r</sup>es 1. pro Meretricis ex Titia Cap 64 facti sumus immundi om-  
nes nos: eaq. omnia opera nra sunt immunda: eaq. nulla est Iustitia. Conc.  
Ant. neg. Conseq<sup>m</sup>. ex eo enim quod dicitur Titias Solus deiqua  
operationes nras non esse ita perfectas, ut omni imperfectione care-  
at, Cui quo bene sit interna hominum Iustitia.

Obiit<sup>r</sup>es 2. ex D. Pau-  
lo 1. ad Corinthios Cap. 1. Xpus est Iustitia nra: eaq. nulla alia est  
Iustitia. Conc. Ant. neg. Conseq<sup>m</sup>. que manifeste instat: not idem Ap-  
tolus dicit Xpus esse nra Sapientia, nra que spes: eaq. nulla alia  
est Sapientia neque spes: falsa Conseq<sup>a</sup>. dicitur Xpus nra Iustitia,  
quia sua passione nobis Iustitiam promeruit, et quia nobis Iustitiam  
donat, et etiam quia quidquid Iustitiae nobis est a Xpo velut a Capite  
est. Obiit<sup>r</sup>es 3. eodem modo sedimus Iusti per Xpus, ac firmus pe-

ccatores per Adamum: Sed per peccatum Ade, Solus moraliter nobis  
in herens. Constituti sumus peccatores: eaq. per Solus Iustitias Xpi nobis

mora-



moraliter inherenter Crimini Justi: Ex nobis moraliter imputata Xpi  
 Iustitia Crimus Sancti. mai<sup>r</sup>. et Expressa S. Pauli 1. ad Romanos.  
 Sicut peccata in obedientia unius hominis peccatores Constituta sunt mul-  
 ti: ita peccata in obedientia Iusti Constituantur multi: Ex d. 8.  
 L. cap. nec<sup>o</sup> assumptum, nam paritas non potest tenere in omnibus:  
 alias sequeretur quod sicut peccatum Adu<sup>er</sup> statim a Commissione  
 omnes homines redderent Equales peccatores, etiam Iustitia Xpi nos red-  
 deret Iustos, et equi Iustos, quod quidem falsum est: Iustus tenet in eo,  
 quod sicut peccatum Adu<sup>er</sup> fuit Causa peccandi, ita obedientia Xpi fuit  
 Causa meritoria nra Iustificationis: peccatum vero Adu<sup>er</sup> fuit Causa  
 formaliter Constituentis nos peccatores, cuius effectus moralis solum peccat  
 format moraliter inherenter: effectus vero Sancti, Adu<sup>er</sup>, mundi, quos  
 tribuit gratia Sanctificans sunt effectus phisici sequentes formam  
 phisice inherentes.

Sed dices si peccatum Adu<sup>er</sup> moraliter inherens dedit  
 nos formaliter peccatores, et Iustitia Xpi moraliter inherens non reddet  
 nos formaliter Sanctos: maior<sup>e</sup> vim habet peccatum Adu<sup>er</sup> ad nocendum,  
 quam Iustitia Xpi ad sanandum: hoc dici nequit: Cap. 8. nec sequelam,  
 non enim inferitur peccatum Adu<sup>er</sup> habere maior<sup>e</sup> vim, sed habere vim  
 diversam, quatenus peccatum Adu<sup>er</sup> dedit nos formaliter peccatores; et Iusti-  
 tia Xpi nos dedit Sanctos meritorie, dispositiue, et causaliter; ne  
 que hoc est detrahere Iustitia Xpi, quia non habere, quod habere non  
 leve non est aliqua imperfectio. Cui cap. Iustitia Xpi non Competit  
 reddere nos formaliter Sanctos, nihil minus quod hunc effectum non prestet.  
 et insatur manifestans Exemplum, in firmatas dedit homines formaliter  
 deviles, et Divina Omnipotentia non dedit homines formaliter frates: Ex  
 maiore vim habet infirmitas, quam Divina Omnipotentia? falsa Conseq.  
 Similiter pariter nos dicitur.

Obtrunt Hæretici plurima loca sacre  
 scripturæ, SS. PP. et Conciliorum in quibus videtur dici nam Iustifi-  
 cationem Oriri, sive a fide Xpi, sive a misericordia Dei, sive a fide ab aliis  
 que Virtutibus, que omnia Læc. refert Velaminius, Alfonso de Castro  
 in suo opere Celeberrimo adversus omnes hæresim, Sed ad omnia scru-  
 tinia facile suspendetur, loqui de Iustificatione non in sensu formali, sed  
 siquæ peccati, vel tanquam Causa meritoria nra Iustificationis. Sit Secun-  
 da Conclusio forma Iustificans nos est aliquod intrinsicè inherens



et permanens in anima pro<sup>o</sup>, ex Tridentino Ses. 6. Cap. his Ver-  
bis: Vnica formalis Causa (intelligit Justificationis impu) est Justi-  
tia Dei, non qua Justus est, sed qua nos Justos facit, quia videlicet ab  
eo Donati renouamur. Spiritu suo mentis, et non Solum reputamus, sed  
vere Justi nominamus et Sumus Justitiam in nobis recipientes & hoc ve-  
rificari non potest, nisi forma Justificans sit aliquid nobis intrinsicum: ead<sup>e</sup>

Pro<sup>o</sup> ratione per Justificationem homo adoptatur in filium Dei:  
Sed adoptio fit per aliquam formam intrinsicam: ead<sup>e</sup> Justificatio fit & mai<sup>o</sup>.  
est Concilii Tridentino Ses. 6. Cap. 4. min<sup>o</sup> est D. Thomae 3. quaest. 23. Cap. 1.  
et Conseq<sup>a</sup>. bene inferitur: Pro<sup>o</sup> ratio Conclusio Causa formalis et effi-  
ciens non possunt in eadem se Coalescere: Sed Justitia Xpi, et omnia  
alia dona supra alata est Causa efficiens nra Justificationis: ead<sup>e</sup>  
non potest esse Causa formalis: ead<sup>e</sup> assignanda est aliqua forma in-  
trinsicam. mai<sup>o</sup> patet, nam Causa efficiens est extrinseca, formalis vero  
est intrinsicam, et ideo in vno nequeunt vni<sup>o</sup>. minor est Certa, et Con-  
tra ex tractatu incarnationis.

Obiicit termino peccati nil aliud est, ni-  
si illius Condonatio; Sed Condonatio in Deo Solum dicit actus quo vult  
remittere peccatum, et nobis applicare Justificationem Xpi. ead<sup>e</sup> forma Sancti-  
ficans, vel termino peccati non dicit aliquid intrinsicum. patet mai<sup>o</sup> in  
remissione offense facta ab homine. = Resp<sup>o</sup>. Conc. mai<sup>o</sup>. dist. 17. in  
Solum dicit actus extrinseca et infirmidus nec min<sup>o</sup> secundus et producent  
formam expellentem peccatum Conc. min<sup>o</sup>. et nec Coni. est motus dicitur non in-  
ter Condonationem Dei, et hominis, nam homo remittit offensam actu extrinseca  
nihil ponente in homine cui remittitur offensa: Deus vero remittit medio actu  
secundo, producente gratiam et Charitatem.

Obiicit nota Contra Calvinum, Jus-  
tificationem impu non Solum importare remissionem peccati, sed etiam Sancti-  
ficationem, et renouationem interiores: ita Expresse docet Tridentinum Ses. 6. Cap.  
7. non est Solum (scilicet Justificatio) peccatorum remissio, sed etiam Sanctificatio  
et renouatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiae et dono-  
rum. hanc praenotationem praee oculos habe ad evitandas plures Equivocationes.

Sed quaevis quid sit haec forma Justificans nos, et nobis permanens?  
Respa esse gratiam habituales expellentem peccatum ex intrinsicam v<sup>o</sup>, et natura  
sua, et non ex favore extrinseco Dei. pro<sup>o</sup>. praee vnter gratia habituales est parti-  
cipatio Divinae naturae et Sanctitatis, unde apelatur Sanctificans: ead<sup>e</sup> sicut na-  
tura et Sanctitas Dei ipsa intrinsicam Constituit Justum et Sanctum: ita gra-  
tia ex natura sua Constituit Justum et Sanctum per participationem: ead<sup>e</sup> non ex  
favore extrinseco.






# DUBIUM

2.

## AN SOLA GRATIA HABITUALIS SIT CAUSA FORMALIS NRE JUSTIFICATIONIS.



### STATUITUR NRA CONCLUSIO

Vazquez disput. 13. Cap. 3 aequat actus Contritionis et Charitatis formaliter  
Justificari, hęc Sententia Communiter tenetur a Theologis, et Suarez h. i. in 5.  
parte. Censet illas opiniones esse hereticas, et Doctrinę Concilii pariter Consona,  
atque Sęnitę Conantia Vazquez Excusare, et benigna interpretatione Condu-  
re. Sed in merito, nam ipse Vazquez hanc Excusationem tenet 3. par. h. i.  
disp. 2. Cap. 6. non. 66. quod Sententia ut existimus. Sit nra Conclusio.

Actus Contritio-  
nis vel Charitatis non est forma Sanctificans: sed sola gratia habitua-  
lis: pro<sup>o</sup> actus Contritionis vel Charitatis est dispositio ad formam Justifi-  
cantis: et non est ipsa forma. Ant<sup>o</sup> est Comune dogma Theologorum, et  
Expresse S. Thomę quest. 28 de Veritate art. 8 ad 1. Confir<sup>o</sup> Causa formalis  
Justificationis non impetrat Veniam, sed illam Causat: sed actus Contritio-  
nis non Causat, sed impetrat Veniam: ergo non est forma Sanctificans  
ma<sup>o</sup> patet. min<sup>o</sup> est Concilii Tridentini Ses. 13. Cap. 3. dicente: fuit autem  
quous tempore ad impetrandam Veniam peccatorum, hęc Contritionis motus  
necessarius: et actus Contritionis solus impetrat Veniam peccati.





# SOLVUNTUR ARGUMENTA.

Varquez obiit plura scripturae, et PP. testimonia, in quibus insinua-  
 re videtur dilectione Dei esse Causa formalis rize Justificationis P<sup>o</sup>  
 ex illo Luc<sup>o</sup> Seminantur peccata multa quonia dixerit multu: et Sanctas  
 Agues. Lib. de natura et gratia Cap. 50. Charitas prosecta, prosecta  
Justitia est, et alia qua plurima. Sed facile resp<sup>o</sup>: quod Justificamur,  
 et Sanctificamur dilectione et Contritione, ut ultima dispositione, non  
 vero ut Causa formalis, quia Effectus qui Complete procedit in forma habitui-  
 tua dispositioni a qua incoative procedit, Charitas etia vocatur Justitia,  
 et Sanctitas, quia Cu sit perfectissimus gratie actus formaliter Sanctifi-  
 cantis, que Conveniunt formaliter gratie. Licentia etia de Charitate. Obiit 2.

Justificatio fit per illa forma que magis opponitur peccato Essentiali. Consi-dera-  
 to: Sed actus dilectionis magis opponitur peccato essentialiter Considerato,  
 que gratia habitualis: Exp. d. pro<sup>o</sup> min<sup>o</sup> peccatur in omni statu impositae  
 privatione dilectionis naturalis, non autem privatione gratie, non in statu naturae  
 pure sine peccato, et non fuisse privatio gratie: Exp. actus dilectionis magis opponi-  
 tur.

Resp<sup>o</sup>: neg<sup>o</sup> absolute mai<sup>m</sup>, non Justificatio pro isto statu non fit per  
 forma precise opposita peccato Essentialiter sumpto, sed fit per forma opo-  
 sita illi rationi, que peccato principaliter dicit: peccatur autem in statu  
 in quo Sumus principaliter impositae privatione gratie, quia in hoc sta-  
 tu Sumus ordinati ad fine Supernaturales: unde peccatur mortale habitua-  
 le, de quo Solum loquamur, principaliter impositae privatione illius prin-  
 cipii, ratione cuius ordinamur ad fine Supernaturales, quod prin-  
 cipium est gratia habitualis: alia Argumenta adducit Varquez quibus  
 nititur probare, actum Contritionis, et Charitatis de potentia Dei absolu-  
 ta formaliter Justificare homines: ut autem difficultates has Examina-  
 mus et inspiciamus Sequens Divium statuamus.

DU





AN D POTENTIA EXTRAORDINARIA  
 POSSIT HOMO FORMALITER JUSTIFICA-  
 RI PER EXTERNUM D FAVOREM  
 VEL PER SOLOM ACTUM CONTRITO-  
 NIS VEL CHARITATIS SINE INFLU-  
 SIONE GRATIE



ALIQUA PRENOTANTUR ET CON-  
 CLUSIO STABILITUR.

*Suppono 1 dupliciter posse distingui Justificationem perfectam unam,  
 imperfectam sive incompletam aliam: perfecta est quae non solum di-  
 citur remissionem offensus Deo illatis, sed etiam dicitur ablationem maculae ex  
 peccato in anima felicitate: imperfecta Justificatio solum importat  
 offensus remissionem, et relaxationem poenae debitae.*

*Suppono 2*



Suppono 2. quod homo potest Considerari præcisivè ab statu  
 ordinationis ad fines Supernaturales, et cum tali ordinatione, unde pe-  
 catus plura imputat in homine Elevato, ac in homine Solut Considera-  
 to in statu naturæ puræ, in quo statu non habet præcepta Su-  
 pernaturalia, et Consequenter peccando Solut offenderet Solum Authores  
 naturæ, et Amitteret ritores qui ex lumine rationis, et Observantia,  
 legis naturalis resultant: in homine Elevato peccatum includit averasio-  
 nem ab eo, ut fines tam naturali, quam Supernaturali, licet que priva-  
 tione ritores procedentis à lumine gratiæ.

Varia sunt placita. **AA**

Cūca præposita difficultate, prima Sententia tenet hominem in omni sta-  
 tu, sine ulla gratiæ intrinsicæ posse Justificari, Justificatione enim per-  
 fecta, et imperfecta per Solum Dei Extrinsecum favorere: ita Scotus et alii.  
 Secunda Sententia dicit Justificationem imperfectam, que Solut dicit  
 remissionem peccati posse fieri de potentia absoluta sine gratiæ, non  
 aucte Justificationem perfectam. ita Thomenses Soto et Ledesma. Tertia  
 dicit ad omnes Justificationes requirere gratiæ intrinsicæ, non ta-  
 men gratiæ habituales, sed Sufficere actum Contritionis et Char-  
 tatis, qui de potentia absoluta potest esse Causa formalis Justifica-  
 tionis: ita Monte-Sinos disput. 33. quest. 36. Et Marcus à Serra  
 disputa. 2. et alii omnino iudicant necessariam gratiæ habituales  
 ad Justificationem et remissionem peccati in omni statu naturæ: ita Jo-  
 nes à S. Thoma disput. 17. art. 2. et cum illo aliqui Thomiste. in sec-  
 la S. Thomæ Communiter de sententia homines ordinati ad fines Super-  
 naturales non posse Justificari sine dono intrinsicæ gratiæ habitua-  
 lis, bene tamen homines non ordinati ad fines Supernaturales:  
 ut notat explicemus mentem.

Sit ita Conclusio non potest homo  
 per extraordinariam potentiam perfecte Justificari per Solum extra-  
 nev Dei favorere: præ Conclusio Justificatio perfecta non Solut dicit  
 Condonationem iniuriæ, sed etiam emundationem à macula in anima,  
 delicta: sed homo non potest mundari à tali macula per Solum Dei  
 extrinsecum favorere, sed necessario sequitur infusio alicuius Doni

græ



quatuor et Supernaturali: Cui homo dicitur patet maius ex Superioribus, et minus  
 pro macula peccati consistit in privatione gratiae, ut probant Thomista.  
 Contra Scotum in tractatu de peccatis: Sed privatio gratiae solum tolli  
 tur per infusionem boni gratiae et Supernaturalis: Ergo homo non po-  
 terit mundari a macula per solum extrinsecum Dei favorem. patet  
 minus, quia cum privatio sit Carentia formae, semper intelligitur  
 in Subiecto donec forma opposita Veniat. Confitetur ea quae proveniunt  
 ex natura rei, et non ex Libero Dei decreto, nequeunt mutari ex  
 sola mutatione decreti: Sed macula peccati provenit ex natura illius,  
 et independenter a Dei Libero decreto: Ergo requirit tolli per solum  
 Dei Libera decretum: Ergo sequuntur mutationes intrinsecas. patet hae  
 doctrina in homine mortuo, aut Ceco, qui semper manebit talis, ni-  
 si mutetur intrinsece a se ipso.

Respondent Contrarii Dist. 20. Supra  
 cet privationes: una est Physica, quae est Carentia formae quae sub-  
 iectum tenetur ex natura rei tenere Vg. Carentia. Alia est moralis  
 quae est absentia formae quae Subiectum tenetur habere, non ex natu-  
 ra rei, sed ex Divina ordinatione: prima privatio non potest tolli,  
 nisi per introductionem formae oppositae, unde Carentia non potest tolli  
 nisi per positionem Virtus. Secunda privatio potest tolli per hoc  
 praesertim quod cesset vel mutetur Divina ordinatio, sicut generis  
 est privatio in qua consistit macula peccati: unde potest tolli, vel  
 per mutationem ordinationis, vel per favorem extrinsecum dispensan-  
 tem a Legis observatione, et tunc absentia gratiae non est priva-  
 tio, sed negatio, et ideo non habere rationem maculae, patet hoc  
